Ergo cognitione intuitiua naturae non est prior cognitione attributorum et personarum. cognitio enim naturae in Deo aut est omnino indistincta ratione a cognitione attributorum et personarum, aut non est prior ipsum intuitiue eiusmodi cognitionis, etiam si distincta sit, quia in Deo non admittimus discursus in sententia aduersariorum, nec si in Deo admittamus dicimus intuitiue, et cognitio naturae diuinae distincta intuitiue a cognitione reliquarum perfectionum, non uideo repugnare ordinem priorem intuitiue aequo intra cognitionem naturae et reliquarum perfectionum.

§ 1 Obiicies 1°. natura diuina est prior intuitiue attributis et personis. ergo cognoscitur a Deo prius. distinguo consequens cognoscitur a Deo prius ex parte obiecti hoc est esse priorem quam attributa et personas tamquam; prius ex parte cognitionis et subiecti, hoc est cognitionem priorem negatur. nec quemadmodum possunt cognosci unica et indiuisibili cognitione quae ex parte obiecti sunt diuersa et plura, sic possunt cognosci cognitione simultanea quae ex parte obiecti sunt priora et posteriora.

§ 2. Obiicies 2. cognitio naturae diuinae est ratio cognoscendi caeteras perfectiones Dei. ergo est prior intuitiue cognitione reliquarum perfectionum. distinguo ant. est ratio extrinseca prout requisita ut cognitio naturae sit prior cognitione reliquarum perfectionum, et quemadmodum cognitio est ratio amandi nego ant; est ratio essentialis et intrinseca quod componitur absq; ulla priorita te et distinctione, quemadmodum anima rationalis est ratio hominis concedo antecedens.

§ 3. Colligitur 4. quo ordine procedant cognitio essentialis et amor naturae diuinae cognitionem et amorem —

notionaley, nay cognitio essentialis procedit virtualitate prioritate aque cognitione notionale, quia Pater eternus ideo exprimit Verbum quia cognoscit intuitive naturam, non autem cognoscit intuitive naturam nay quia exprimit Verbum. ratione vero procedit cognitione notionaley prioritate vnius quia cognitio essentialis apprehendit vt ens notionali et non econtra. at amor essentialis non est prior prioritate aque cognitione notionale, quia ratio propria quam Pater exprimit Verbum non est amor sed cognitio; est tamen prior ratione ratiocinata prioritate vnius, quia omnia essentialia sunt priora cogenere prioritatis omnibus notionalibus, comparando enim cum notionalibus vt comparantur predicata communia cum particularibus, quae vt videmus sect. praec. priora sunt vnius particularibus: nay cum toto supposito cuius constitutione ingrediuntur, comparando vt genus cum specie et pars cum toto. cum personalitatibus vero et relationibus, perquas eorum indifferentia et communitas contrahitur comparando vt genus cum differentijs

§ 4. Ceterum cognitio et amor essentialis procedunt virtualiter aque amore notionale et spiratione activa, et ratione ratiocinata prioritate vnius. nay spiratur ideo spirat Spiritus Sanctus quia cognoscit et amat, non autem cognoscit et amat quia spirat; alioquin cognitio et amor essentialis apprehenderetur absq; spiratione activa et non econtra. ergo etta maior difficultas est ancoordine existant cognitio et amor essentialis in Spiritu Sancto, cui primo videtur communicari amor qui communicatur sua formalitate exui processionis, quae cognitio quia communicatur sua tenuitate ratione identitatis cum amore. nihilominus tenendum ideo et vt spiratione passiua, vel quia atq; actus essentialis communicatur Spiritui Sancto formalitate et exui processionis, vt plures existimant, vel quia amor communicatur formalitate et primo soluy in intentione non autem in exercitio, cum non possit esse Spiritus Sanctus primus amans quae cognoscens.

55. Colligitur 5. quod ordine ad essentiam actus existentes decreta liberae Dei, nay in primis scientias simplicis intelligentias et scientias conditionatas decretorum Dei praecedunt necessario decreta absolutè existentia prioritate ingue, non autem prioritate aque. Primum constat ex n. 32. et 36. probatum. 2.m quia deus non movetur necessario ad amandum creaturas ex cognitione sui rei decretorum, sed dei ex cognitione creaturarum, quemadmodum voluntas creata ad amandum creatorem non movetur [non movetur] necessario ex cognitione reflexa sui amoris, sed tantum ex cognitione debita creatoris. aliud est enim cognitio reflexa requiratur ut deus velit liberum, ut sit moraliter bonum, sive quia non potest esse in deo omissio liberae alicuius voluntatis reflexa sive quia non potest exercitus voluntatis moraliter bonus absq; cognitione prudentiae reflexae. Verum haec non sunt speculationis praesentis ego quidem existimo posse deum omittere liberae decretum sua voluntatis absq; actu voluntatis reflexo et habere illud moraliter absq; praevia cognitione reflexa, de quo infra.

56. Similiter scientia visionis decretorum dei non praecedit ipsa decreta prioritate aque quia ea scientia non est ipsa principium decretorum, tum quia alias averteret libertatem eorum; tum quia remota decreta non pendent a scientia visionis, sed potius scientia a decretis: deus non decernit quia videt se decernere, quin potius videt se decernere quia semel decernit. ehinc haec scientia non praecedit decreta prioritate ingue, quia in deo aequalis contingentia sunt decreta liberae et scientia visionis eorum. hinc non cognovit deus sua decreta ut futura et posteriora comparatione scientiae visionis, sed tantum comparatione naturae durationis et stationis, quae decretorum absolutam existentiam antecedunt ut alibi dixi in mea scientia dei, ubi solvimus argumenta quae poterant hanc existimationem oppugnare.

Itaque

Sequo etaliji quos in superioribus diximus vide Suarez in 1ma
Malechica reperiatur lib. 1. cult. in quo forte inuidé.

57. Objicies amor notionalis Spiritus
Sancti habet realitè originis excognitionè intuitiua sui, et amor
essentialis naturæ diuinæ habet realitè originis excognitione intui
tiua sui. ergo ehay amor creaturarum potest habere realitè ori
ginis excognitione intuitiua sui. Transeat antecedens, sequo uariè
probatur. Negatur consequentia quia amor Creaturarum est liber,
amor uero essentialis et notionalis naturæ diuinæ est necessarius,
amor autem libero repugnat oriri aprioricè habente connexionem
cum eo, quale est scientia intuitiua sui, non uero amor necessario.

58 Objicies 2°. scientia uisio
nis amoris Creaturarum antecedit gaudium quo Deus latabitur
in amore Creaturarum. ergo ehay antecedit ipsum amorem aquo nulla
tenus distinguitur gaudium, nay si aliqo distinguerentur gaudium, daretur
in Deo infinitudo gaudiorum reflectentium super quemlibet amorem sui
creati. Respondeo 1. non est adeo absurda hæc infinitudo talium
gaudiorum ut ay non admittant graues auctorès; nay P. Gran ehay non
uerebatur admittere eay infinitudinem intuitionem creatam, et plures intuitio
nes increatas. 2° negatur sequela quia gaudium amoris liberi Crea
turarum distinctum abamore Creaturarum potest esse sui ipsius gaudium
et amor liber Creaturarum non potest esse sui ipsius gaudium. Ratio
est quia gaudium amoris liberi distincti potest esse necessarium per
se ac proinde potest oriri ex intuitione intuitiua sui, quemadmodum amor
essentialis et notionalis naturæ diuinæ; Caterum amor creaturarum est
liber, ac proinde non potest oriri ex intuitione intuitiua sui, aquas planè
oriretur si esset sui ipsius gaudium ut arg. contendit

59. Ad monendum tamen est quamuis
scientia uisionis non possit procedere prioritate aquo amoris liberi Crea
turarum; Caterum scientia simplicis intelligentiæ procedere possit, utri

Deus cognoscens possibiles sibi affectu imitabile uelit reflexe suy amore aliquid ut decendu de scientia conditionata decretorum Dei dup. 3.

Explicatur ordo actuu qui respiciunt creaas possibiles.

60. Colligitur. 6. quid decendu sit de actibus scientie ac uoluntatis diui na qui respiciunt creaturas possibiles. Proquo suppono Deu cognoscere creaturas possibiles duplici genere cognitionis, alio in seipso, alio in seipsis. omitto cognitione in seipso, tum quia Deo communitr negatur a theologis, tum quia ubi concedatur constat plane posteriore esse uirtualitr aquo cognitione intuitiua naturae aut omnipotentie diuinae ex qua deducitur ut concluso est realitr posteriore aquo premisso, similitr suppono Deu amare creaturas possibiles duplici genere amoris alio necessario per modu quidi quo fertur in possibilitate earu; alio libero per modu prosequutionis inefficacis quo fertur in earu existentias quias tamen non exequitur illas ideo recenseremus hunc affectu inter affectus circa possibiles.

61. Igitur cognitio qua Deus cognoscit creaturas possibiles in seipso non est posterior uirtualitr aquo cognitione qua seipsu intuetur, nec cognitio creaturarum in Deo non distinguitr a cognitione cognitione ipsius Dei ut pono ex mente de scientia Dei cognitio autem posterior debet esse distincta a cognitione priori. Vide mirox plures theologos, qui non admittentes alia cognitione creaturarum quas in Deo nihilominus asserunt priorem esse cognitione naturae quas creaturarum; nec si cognitio creaturarum posterior est, nec cognitio creaturarum erit ex Deo perquemdu dicuntur uirtualer et mentaliter in Deo. arg. a contrario sunt similia ijs quae persuadent cognitione naturae diuinae priorem cognitione attributorum quae diuimus.

62. Tamen aduertendu est cognitione naturae diuinae considerari posse duplicitr. 1°. sicut in ipsa realitr est et naturae diuinae quoad entitatem. 2° ut comprehensiuam et

et naturæ diuinæ quoad terminationes ad creaturas possibiles. cognitio enim naturæ diuinæ sub prima consideratione conuenit cuy cognitio ne intuitiua creatæ cuyuslcy naturæ nullay creaturæ discernente in Deo absolutè possibiles (quas nunc pono esse possibiles.) cognitio uero naturæ diuinæ sub secunda consideratione conuenit cuy alias cognitione creatæ cuyuslcy naturæ discernente creaturas. Itey cognitio 1° modo consideratæ existeret in Deo quamtumcúq; repugnarent creaturæ, non autey consideratæ secundo modo. igitur potest distinctione rationis inadequata distinguí prima cognitio a secunda. cuy ergo asserimus cognitionem naturæ diuinæ nonesse priorem cognitione creaturarum loquimur de cognitione naturæ diuinæ quoad terminationes intrinsecas ad eas et ut comprehensiuas est, non uero de cognitione naturæ quoad entitatem et ut intuitiua est; nay hoc facto precedit cognitionem creaturarum in Deo, tum priorítate inquo, tum priorítate aquo saltey ex modo concipiendi ut facile quirg; conuincit exdicis.

63. Cognitio autey creaturarum in se ipsis secundum prædicata essentialia ipsarum intrinsecè non repugnantia posterior est cognitione naturæ diuinæ posteriorítate inquo et aquo. posteriorítate inquo, quia cognitio naturæ diuinæ existeret ebiam repugnantibus creaturis, non autem existeret cognitio creaturarum quoad terminationes intrinsecas. posteriorítate aquo quia cognitio naturæ diuinæ est uirtualitas naturæ diuinæ æqua manans omnes actus et perfectiones diuinas ut dicebamus nº 43. non est in Deo intellectus uirtualitas distincta et prior cognitione naturæ, nec ideo hæc cognitio censenda est esse creaturarum ex Deo, quia oritur ex cognitione naturæ diuinæ per modum attributi emanantis ab essentia, itey quia æqua te non distinguitur quoad entitatem a cognitione naturæ. Præterea cognitio creaturarum in seipsis antecedit cognitionem creaturarum in Deo si exponunt cognitioni diuinæ reflectere supra se ab eg; distinctione uirtuali, nay cognitio creaturarum in Deo supponit Deum potentem

producere creaturas, Deus autem ut potens producere creaturas cognoscat cognitione practica earum, quae plane noscit alias, quas cognitio creaturarum increatarum, sicus non potest esse cognitio creaturarum in Deo.

64. Hinc cognitio possibilium antecedit amorem necessarium et liberum ipsorum prioritate aequo, quod probatione non indiget. Sed dubium est quaenam cognitio antecedat. Respondeo aut antecedit utraque: aut sola cognitio creaturarum increatarum; nam vel cognitio divina potest reflectere supra se, vel non? Si potest reflectere potest utraque antecedere, et si potest utraque antecedere necessario antecedit, cum nonsit ratio quae unam determinet et non aliam. Si non potest reflectere s.ª se. non potest antecedere cognitio creaturarum in Deo, cum haec habeat pro objecto cognitionem dirigentem voluntatem divinam ad amandum creaturas, habet enim pro objecto Deum ut potentem producere creaturas mediante directione intellectus et applicatione voluntatis, atqui ideo antecedit sola cognitio creaturarum increatarum.

65. Demum amor necessarius possibilitatis creaturarum antecedit prioritate inaequo et aequo amorem liberum; inaequo quidem omnia necessaria antecedunt opacto libera ut saepe dixi. Prioritate aequo quidem complacentia possibilitatis allicit voluntatem ad prosequutionem existentiae.

Explicatur ordo divinorum actuum qui respiciunt creaturas existentes.

66. Postremo colligimus quo ordine collocandi sunt actus, qui respiciunt creaturas existentes. et Primo quidem indubitatum est scientiam simplicis intelligentiae antecedere prioritate inaequo et aequo decretum existentiae creaturarum, et hoc decretum antecedere prioritate aequo scientiam visionis creaturae. Deinde indubitatum est scientiam conditionatam actus liberi creaturae posteriorem esse inaequo scientia simplicis intelligentiae et anteriorem inaequo et aequo voluntate efficaci praesituente actus

achy libertuy creatuy. Vnde falsa habenda est sententia Albertini tomo 1. in 4 princ. phil. q. 3. et aliorum talium ordine scientiæ diuinæ duabus tantum signis complectentium, primum inquo Deus nouit seipsum, secundum inquo nouit Deus simul omnes creaturas possibiles et futuras subconditione et absolute; hæc exdictis plana sunt.

67. Maxima autem dubitationi subjecta est an scientia conditionata actus liberi creati antecedat prioritate aquo voluntas auxilium efficax, cui nulla præcedit præfinitio efficax illius? 2° an ordo intentionis mediorum et finis sit prior ordine executionis eorundem. 3 an voluntas intendens finem præcedat tempore electionem mediorum. Verum hæc seorsim explicanda sunt. Primum explicabimus disp. 3. sect. 1. et 3, secundum sect. sequenti. tertium sect. ultima. Quare duo tantum relinquuntur in præsenti examinanda. 1m. de scientia visionis an prius cognoscat Deus existentiam præ dicatam universalem quam singularem. 2m. de voluntate libera ex quenti an prius velit creationem rei creatæ, quam eius conservationem, et utramq; prius, quam cooperationem adeffectus quos producit.

68. In primum difficultate sunt qui parti affirmanti suffragentur, quoniam in Deo cognitio Petri ut præcedet acognitionem hominis, et cognitio hominis acognitionem animalis et non contra, nam si non existeret Petrus non esset in Deo cognitio Petri, esset autem cognitio animalis et hominis et non contra. ita Suarez ubi s. et alij. ego tamen parti neganti suffragor nam inuenquoq; individuo non cognoscit Deus prædicata universalia cognitione distincta acognitione singularium ut a in Petro animalitatem cognitione distincta acognitione rationalitatis, et singularitatis ut sunt ex mera scientia Dei. ergo in scientia visionis de Petro non est prior cognitio animalitatis quam rationalitatis, et rationalitatis quam singularitatis. Vnde negatur argumento nonpendente Logice cognitionem animalitatis quam Deus in habitum in Petro acognitione rationalitatis

et singularitatis. Ley deficiente Petro non deficeret simul cognitio animalitatis et rationalitatis quas Deus videt in Petro; quas quas non deficeret cognitio animalitatis et rationalitatis quas videt in Paulo et reliquis hominibus existentibus.

69. In secunda difficultate alij arse runt Deum prius velle cooperationi cui recreata ad effectu quem producit quia eius productionem et conservationem, quia illud refertur per modum finis, hoc autem per modum medij. Alij existimant Deum prius velle creationi, aut conservationi quam eius cooperationi, quia Deus non vult cooperari cui causa secunda nisi ex provisione existentiae, et applicationis ipsius. Alij denique volunt Deum velle simul unica et indivisibili volitione. Creationi, conservationi et operationi rei creatae, quia Deus potest id totum velle unica et simultanea volitione et nullum existit fundamentum dividendi de facto volitionem unius ab volitione alterius; ab quo fundamento autem non sunt multiplicandi actus divinae voluntatis.

70. Ego autem tribus propositionibus rem expedio. Prima est. possibile est ordo actuum voluntatis divinae quod unaquaque sententia praescribit. nam potest voluntas divina ideo objectum pro suo libito velle hoc simul hoc prius et posterius quam aliud; quemadmodum potest voluntas humana. ergo potest Deus quo libuerit ordine velle existentias, conservationem, et operationem causae secundae. ut videmus nº 18. et videbimus Lect. ultª. consequentia est manifesta.

71. Secunda propositio. de facto tamen probabilius est Deum regulariter loquendo prius velle creationi rei aut conservationi causae secundae quam eius operationem; nam in sensu composito voluntatis creandi aut conservandi causam secundam potuit Deus negare concursum ad operandum ut contigit in igne Babilonico qui privatus fuit actione comburendi existens voluntate naturali Dei compossibili cum ea actione. ergo voluntas aut conservandi

rez independens et et distincta a voluntate operandi. Ratio apriori potest esse, quia operatio causa secunda tendet ad aliquibus rebus creatis quas pro vario causarum concursu et etiam applicatione voluntatis creatae siue humanae siue angelicae possunt habere et habere existentibus eidem causis creatis.

72. Tertia propositio. probabilius etiam est Deus de facto rebus quidem corruptibilibus requisitis prius nulla creatione quia conservatione, incorruptibilibus vero nulla simul utramque unica indivisibili voluntate. Prior pars probatur quia cui voluntate existendi potest componi diuturnior et brevior conservatio rei corruptibilis. ergo voluntas creandi rem corruptibilem non est eadem et simul tamen cum voluntate conservandi. Consequentia est manifesta. probatur antecedens quia ex suppositione prima existentia potest homo longiorem et breviorem vitam habere, et etiam ignis conservationem diuturniorem pro vario causarum concursu quia eius destructionem molimina, quae plerumque voluntate creata applicante, et fere semper possunt applicari aut impediri. Unde similiter ratio apriori quia Deus non destruit ex natura rei res iam existentes nisi ad exigentiam causarum secundarum. ergo expectat Deus exigentiam aliarum causarum antequam decernat destructionem rei corruptibilis.

Posteriora pars probatur.

73. quia conservatio rei incorruptibilis ex natura rei est connexa cum prima existentia independenti ab aliis rebus creatis. ergo Deus volens primam existentiam rei incorruptibilis non est quid expectet ex natura rei ad volendum eius conservationem, ac proinde volendo primam existentiam regulariter cum illa simul conservationem.

74. Ad obiecta dico. Primum Deus vult conservare angelum in instanti B quia produxit illum in instanti A, nonautem vult producere in instanti A quia vult conservare in instanti B. ergo voluntas conservandi angelum dependens est

uoluntate creandi et non contra. Secundus Deus de facto com
poniit uoluntate naturali creandi materiam incorruptibile cum uolun
tate supernaturali annihilandi illam in Eucharistia. ergo vidependere
et distincta est uoluntas creandi materiam incorruptibile a uoluntate
conseruandi. Ad. 1. respondeo. Deus nullt conseruare angelum quia
nullt creare et ebay contra. si proprie loquamur de uoluntate ut sensus
formali et in abstracto, sensus si enuntiatum in sensu uerbali et extra
se, quia uoluntas conseruandi non dicit aliquid de uerbalitate uoluntа
te creandi regulariter loquendo de quo in ista. Ad. 2. respondeo.
potest Deus ex natura rei nulla prius creatione rei incorruptibilis qu
ay eius conseruatione, ut diximus prima propositione et tota tendit argu
mentum. Ceterum id non contingit regulariter sed raro quod argu
mento non oppugnatur.

Sectio. X. An ordo intentionis in uoluntate diuina sit prior quam ordo executionis?

75. Hac difficultas in materia de praedestinatione ijs temporibus inter pri
mas numerabat. Agebat enim de pendere decernere ante lectio praedesti
natorum ad gloriam fiat ante praeuisa merita ipsorum, an forte pra
uisa merita Christi Domini, an simul cum praemissione meritorum ad
terminus praedestinati ut uidere apud auctores quos referemus.

Status controuersiae, et placita theologorum expo nuntur

76. Explorandum est 1°. ordinem intentionis in mente diuina ut praecisum ab quo
ordine executionis temporalis rerum creatarum, hoc enim executio
nis temporalis effectus est uoluntatis aeternae Dei ingeniosissimus re
centissimum est apud omnes, quod est primum in intentione ultimum
in executione.

77. Quinde ebay est explorabay eue in mente diuina uoluntatey intendentey et exequentey mediony et finis; nay uoluntay intendens est quæ applicat media ad consequendum finis, uoluntay autey exequens quæ immediatè applicat omnipotentiay diuinay ad exequendum mediony et finis. Sed in Deo est uoluntay applicans media externa ad consequendum finis et applicans immediatè omnipotentiay ad exequendum mediony et finis, nay Deus operatur propter finy, uolendo et exequendo immediatè media externa et finy. ergo exigit in Deo uoluntay intendens et exequens mediorum et finis.

78. Quare explorabay est. 3. totay controuersiay præsentey solum eue ponit deordine intentionis et exequtionis quey habent in mente diuina uoluntay intendens et exequens mediony et finis annullicat dijudicta sit in Deo uoluntay quæ immediatè applicat omnipotentiay ad exequendum finis auoluntate intendente ipsum finy cum ordine prioris et posterioris ejus. Et similiter an Deus ante exequtionem temporalem mediorum habeat duplices uoluntatey aliay pertinentey ad ordinem intentionis, aliay pertinentey ad ordinem exequtionis et posterioris, ita ut ordo exequtionis in mente diuina respondeat ordini exequtionis temporalis in rebus creatis, et inio ordine internorum diuinorum priorias sint, quæ in alio ordine priori intentionis sunt posteriora.

79. Negabiay hoc Dr. Vazquez præcipuè 1.p.d.89. c.7 et 3.p.d.23.c.8. eddis. 47 c.2. Montes d.4.c.4. Beccanus 1.p.c.14.q.4 et c.19.q.4 Gran. de prad. tract. 6. d.4 sect.4. et d.5. n.10. Sala in manuscripto tom.2.d.14. sect. 3. referens Bellarminum. 2. tom. ad. 2. ii 2.ae solut. Pennotay lib.6. tract. c.21. Aluarez. et Nauarrete.

80. Sentay affirmantes docuit manifeste Alexander Alensis 1.p.q.18.art.2. in fine

et illustrauit P. Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 5 sect. 1. et disp. 10. sect. 4. et lib. 3. de auxilijs c. 19. et 20. lib. 1. de praedest. c. 14. et alijs in locis, Arriaga 1. p. d. 65. Herice 1. p. d. 17. c. 4. Gonzalez, Nazar. Zumel, et Cordubas.

81. Vt autem plene intelligatur horum auctorum mens et tota controuersia sciendum est, Primo nouitium factionis patronos examinare ordine priorijs et posterioris inter voluntatem exequentem et intendentem finij inefficacem et simplicem; sed inter voluntatem exequentem et intendentem efficacem, nam semel posita in Deo possibili voluntate inefficaci finis, nullus inde inficias ire Deum ex simplici complacentia ad eius exequutionem procedere per voluntatem a simplici complacentia distinctam.

Sciendum est. 2. ultimos factionis autores hanc difficultatem examinare solum in fine pendenti a libertate creata, non autem in fine non dependenti a causis naturalibus et necessarijs licet exceptionem argumenti et doctrina colligatur. quid etiam in hoc fine dicendum sit.

82. Sciendum est. 3. ex auctoribus nouantibus ordine priorijs inter voluntatem intendentem et exequentem finis pendentis a libertate creata, alios negare possibilem intentionem efficacem eius dem finis ut Vazq. Salas, Mont. et Penn. alios autem affirmare possibilem eius modi intentionem efficacem ut Alua rez. Bellar. Conxx. cum plurimis recentioribus quamuis ultimi conueniant cum quo admittatur voluntas efficax finis antecedens collationem mediorum non esse necessariam voluntatem exequentem absq; intentione distincta.

83. Sciendum est. 4. ex auctoribus admittentibus ordine priorijs et posterioris inter voluntatem antecedentem et exequentem non explicare omnes uno modo distinctionem voluntatis intendentis ad exequendum. nam alij volunt distinguj eas voluntates ex obiecto formali, nimirum quia voluntas intendens respicit obiectum solum

ut est bonum, et sequens vero solum ut facibile. ita Suarez ubi s. alij distinguunt quia voluntas libera Dei constituit actione exterior creatas, distincta autem et precidiania achi est quia producit in executione finis a actione quia mandatur executioni medium procedens a intentione talis finis, imo et a actione quia ides medium procederet a intentione alterius finis utpote quia ex parte naturae habet ordinem transcendentalem ad talem determinatum finem ita Arrubal, et Hencic. Alij distinguunt quia voluntas intendens ferturr in objectum ut producibile per actionem indeterminatam, voluntas executionis in objectum ut producibile per actionem hanc determinatam ita plures. alij ad mentem distinctionem harum voluntatum et non explicant originem illius, ita reliqui auctores. Sequaz re nostra erit iudicium portquam de certamus distinctione voluntatis executionis a intendente.

Assertio prima. comparatione finis assequibilis solo auxilio naturalium agentium possibilis est intentio Dei distincta exequenti, non autem necessaria.

84. Approbatio prioris partis a omnibus qui constituunt unum actum voluntatis divinae per electionem mediorum actu interno eiusdem voluntatis. et probatur potuit Deus efficaciter decernere utquodcumque videret in materia dispositiones necessarias ad formam substantialem illico sequatur eam productionem voluntas executionis productionem formae. deinde potuit ante productionem dispositionum decernere alius actu efficaciter et absolute ut in hac materia introducatur forma equi introductis prius dispositionibus necessarijs ad illam; at hoc casu voluntas intendens efficaciter et absolute formam equi esset distincta a voluntate executionis. ergo possibilis est comparatione finis naturalis voluntas intendens distincta ab executionis. secundo quia dubitet. probatur minor. quia eventu voluntas efficaciter intendens formam equi antecedit praeceptionem

absoluta dispositionem, quando quidem abea intentione efficaci ma
nat absoluta existentia dispositionem in materia, voluntas autem ex
equens subsequitur praemissionem absolutae dispositionis, quando quidem ge
nerali decreto statuit Deus habere voluntatem exequentem productio
nis formae post praemissionem dispositionis. ergo ineo eventu voluntas
exequens distincta est a voluntate intendente.

85. Dices ehaj ineo eventu
voluntatem intendentem esse nihil exequentem, quia non datur voluntas
subsequens dispositionis formae, sed ehaj voluntas illas antecedens ap
plicaret immediate omnipotentiam ad productionem formae. Sed contra
1°. quia voluntas subsequens dispositionis formae distincta est a vo
luntate antecedenti et intendenti productionem formae, ea autem est sola
exequens et non intendens. ergo possibile est voluntatem exequentem ab
intendenti distinctam quod solum contendimus. 2° voluntas antecedens
dispositionis formae potest decernere eius introductionem ut nullet ex
equutionem immediatam voluspiae voluntatem subsequentem, siquidem id erat po
sibile ex nunc; sed ineo eventu voluntas antecedens non esset imme
diate exequens; aliqui exequutio adesset a voluntate intendenti
ergo potest voluntas intendens omnino distingui a voluntate exequen
te. nec video quo pacto possint explicari haec doctrina quia dicunt
illi pro fautionem efficaces humanorum actuum, qui, ut mox videbimus
quamvis efficaciter praesinti non possunt exequutionem mandati im
mediate per voluntatem efficaciter praesentem sed tantum per voluntatem
indifferentem.

86. Nec obstat si objicias voluntatem antecedentem esse effi
cacem alias; ideo esse immediate exequentem sui objecti, quia ut vo
luntas divina sit efficax non necesse est quod sit exequens immediate
sed tantum mediate sui objecti, nam ut voluntas sit efficax sufficit
quod habeat connexionem inamissibilem cum objecto, quamvis autem non
exequatur immediate objectum, ubi haberet connexionem inamissibilem

cuy principio immediatè exequente obiecty, habere potest connexionē
irremitabilē cuy obiecto. ergo potest esse efficax voluntas diuina quas
cuy non sit immediatè exequtiua sui obiecti. sequo pluras infra.

87. Pertenion pars assertionis excludens necessariam intentionē finis naturalis distinctas a voluntate exequenti probatur. 1. quia vtuidimus n° 62. et 63 potest Deus ehiā prouidentia ordinaria nonnulle existentiā effectus naturalis donec uiderit existentes omnes causas et dispositiones necessarias ad illum; hinc autem nulle existentiā effectus peracti determinatas et individuas. ergo potest nulle existentiā effectus naturalis absq; voluntate intendenti distincta ab exequenti. nam ineo euentu voluntas subsequens existentiā omnium conditionum et causarum esset exequtiua effectus comparatione cuius non existit vlo euentu alia voluntas diuina intendens existentiā effectus, quod regulariter ita de facto contingere ostendit Arriaga d. 65 n°. 5.

88. Secundo idem probatur ehiam in tentio efficax antecedat electionē mediorum. nam si Deus decernat absolutè et efficaciter producere formam aquē peracti determinatam preparando prius materiam ad illam et nonnolendo exequtionem formæ peratiā voluntatem distinctam, certè prius decretum antecedens dispositionē materiæ, cuy materiæ exist dispositæ exist exequens producionem formæ; nam existente materia dispositā exui sola illius decreti, secluso quouis alio, exist omnipotentia applicata ad producionem formæ equinæ, cuy decretum illud feratur in formam non solum sed ehiā ut producibilem, non solum peracti indeterminatam sed peracti nec determinatam. ergo ehiā intentio antecedens electionē mediorum potest esse exequens productionem finis. Vnde confirmatur nostra doctrina, quia in nostris principijs nonapparet quare necessarium sit multiplicare semper voluntates intendentes et exequentes finis naturales quām aliter vquas contingere possit; quæ magis confirmabunt

ubi ostendeimus infras ehay finey comparaby auxilio libertatis creata ponere mandari exequtionem per intentionem efficacem dei antecedentem electionem, medionem. nec quidquam obst quod potest nobis opponi ex P. Arrubal in eundem argumenti superioris actionem quam materiam disponitis infine forma aquinas, et quas intelligas producitis formas equinas esse omnino diuersas, adeo ideo esse ehay diuersas intentionem et voluntatem exequentem eius formas nam ut notaui n°. 4. in mea sententia decretum liberum dei nullatenus constituit actum externum creaturae ut probabo dis. 5 de voluntate, aqua doctrina pendet totum probationis P. Arrubal.

89. Superiori assento videtur aduersari Suarez 1. p. lib. 1. de prod. c. 14. nº. 3. et 6 exquo contra portentionem partem nostrae assertionis hac breuiter argumentor confirmo. 1. quia S. Thomas 17. q. 15 et 16 passim constituit unum exequentem voluntatis diuinae portentionem intentionem et electionem. 2um quia artifice creato ad cuius normam apprehendimus incessanter semper antecedit intentio interna voluntatem exequentem opus externum. 3um quia Deus non intendit finem naturalem, quia videt existentia media necessaria ad illum; multo magis exequi illum finem, quia videt praparata omnia media necessaria ad illum. ergo semper voluntas intendens distinguitur a voluntate exequenti. 4. quia Deus alio modo praparat suum concursum ad effectum naturalem quam ad peccatum, ad concursum ad peccatum non praparat ex intentione antecedenti quod fiat. ergo ad effectum naturalem praparat ex priori intentione.

90. Vnum hac argumenta sine negotio soluuntur. ad 1. respondeo unum voluntatis diuinum quem S. Thomas constituit portentionem intentionem et electionem tantum esse actionem creatam quia Deus operatur ad extra, quam actionem ehay nos ponimus portentionem et distinctam ab intentione diuina.

vide P. Salas 1ª. tom. 1. tra. 2. et Æ Egidium de præsentali

Ad 2. respondeo ideo artifices creatos aliâ voluntate intendere finem, aliâ ejus executioni mandare, quia cum finis exequutioni mandandus est, ita prior intentio finis regularitè non perseverat; si enim prior intentio perseveraret, noceret opus artificis creatos duplicare voluntates finis ad applicandum potentias externas in exequutione ejus. quapropter cum finis intentus breviter obtineri potest, non fit in mente artificis creati repetitio voluntatis, ut cum volumus literas formare aut aliam similem actionem conficere; tunc enim eadem voluntate intendimus et exequutioni mandamus opus externum. Ad 3. respondeo sæpe Deum intendere effectum naturalem quia videt existentias mediorum necessariorum ad illum, videlicet cum ea media præparata ponunt ex intentione antecedenti ejus, quod plerumque contingere etiam juxta providentiam ordinariam Dei ordinem. Ad 4. Deinde respondeo cum Deus intendit finem naturalem ante electionem mediorum mandare quidem exequutioni cum fine quia videt præparata media ad illum; decretum enim fuit a Deo non mandare illum exequutioni nisi post præcisionem mediorum, voluntatem autem sic mandandi exequutioni finem nonesse in Deo, quia videt parata media necessaria ad illum, quoniam prius, quam videret media parata ad finem, videbat Deus exequutionem finis post media; id clarius patebit assertio 4. Ad 4 respondeo ~~eodem~~ eodem solum differre concursum quem parat Deus ad effectum naturalem ab eo quem parat ad peccatum, quod iste non potest parari ex intentione effectus naturalis) peccati, ille vero potest, et si ejus etiam necessario parabitur ex intentione effectus naturalis, non autem necessario ex intentione antecedenti, et determinata voluntate exequendi, cum parari possit ex intentione indeterminata. quo pacto docui lib. 2. phys. voluntatem exequendo indifferentem ad actus bonos et malos parare concursum omnipotentiæ ad actus bonos intendendo

eorum existentias prostitue; adachus uero malos intendendo so
lum libertatem et meritum bonorum actuum et non existentias malorum.

Assertio secunda comparatione actus liberi non est
necessaria intentio efficax Dei distincta á uoluntate
exequenti; nec possibilis intentio efficax indistincta.

91. finis pendens a libertate creata alius est formaliter et immediate
liber ut actus elicitus uoluntatis; aliis mediate et in actu non actu
uoluntatis liber ut donum gratiae et gloriae. Deprimi agimus in
praesenti, de posteriori agemus in assert. sequenti. Deinde inten
tio diuina comparatione primi finis potest esse efficax et ineffi
cax. Intentione inefficacem et esse possibilem distinctam et indistinctam á
uoluntate exequenti exhis quae in hac disp.e dicenda sunt fa
cile quisq; conficiet. efficacem autem esse possibilem distinctam uo lun
tate exequenti ostendemus d. 3

92. Nunc autem probamus nec esse
necessariam distinctam nec ullo pacto indistinctam. Primum proba
tur 1.o supponendo esse Deo possibilem intentionem inefficacem finis,
non ex ipso quod Deus ex intentione inefficaci conferat Petro auxi
lia interna necessaria ad conuersionem et possit non omnipotentia
ad operandum illa, cum Petrus uoluerit conuerti, potest Petrus si
uelit relapsa conuerti, non practé concursum omnipotentiae diuinae et
auxilia interna gratiae, solum desiderabitur ad conuersionem Petri
beneplacitum ipsius. ergo necessaria non est intentio efficax Dei
ad conuersionem Petri.

93. Secundo, peccatori qui non conuertitur
habet omnia necessaria ad conuersionem, tamen non habet auxilia
gratiae ex intentione efficaci finis et conuersionis, alioqui necessario

re ipsa

xeipsa. ergo ut homo conuertatur necessariò non est intentio efficax diuina. 3 non est possibilis intentio efficax achus liberi creati antecedenti ad scientiam conditionatam ut uidebimus d. 3. at si esset necessaria intentio efficax Dei poset intendi efficaciter achus liberi creatus independenter a scientia conditionata. ergo necessaria non est ad achus liberus creatus intentio efficax diuina. probatur mi non inobjecto scientiae conditionatae, quod antecedit scientiam conditionatam existunt omnia necessaria ad existentiam absolutam achus liberi, quia scientia conditionata praeuorit existere absolute achus liberus supponendo ea principia subquorum conditione absolute est futura existentia achus liberi. ergo si intentio efficax diuina esset necessaria ad existentiam absolutam achus liberi procedet possibilis intentio efficax diuina inobjecto scientiae conditionatae antecedentem ad scientiam conditionatam.

94. Dicis intentiones efficaces non esse quidem necessarias ex parte effectus liberi ut bene probant nostra argumenta esse tamen necessarias ex parte causae perfectissime operantis. Sed contra 1. quia Deus potest operari ex intentione inefficaci finis ut patet ex q. 19 et ita de facto operatur cum exhibet reprobis necessaria ad conuersionem et salutem ut probauimus supra ergo modum perfectissimum operandi Dei non exigit intentiones efficaces achus liberi distinctas a uoluntate existente. 2. quia quidquid est necessarium ex parte causae ut producat effectum est necessarium ex parte effectus ut producatur a causa, nam effectum postulare productionem causae eo ipso postulat quidquid necessarium est ex parte causae ut producat effectum, etenim nonalias ratione calor postulat uoluntatem existentem Dei non autem uoluntatem ignis, et approximationem loco ligni, non autem solis, nisi quia Deus non potest exhibere suum concursum absq: uoluntate applicante omnipotentiam ut exhibere potest ignis, nec ignis absq: locali propinquitate, ut potest exhibere

sol. ergo si intenhō efficax est necessaria ex parte Dei operanhis ehāy erit necessaria ex parte effectus.

95. Objicies cum P. Suarez opponibus insinuante 1.m agens rationale non potest movere manus aut alias achones externas conficere, nisi voluntate finis, quamuis achō externa non desideret pone voluntatem finis, abruto enim fiunt similes achones absq; voluntate finis. ergo similiter quamuis intenhō efficax Dei non sit necessaria ratione existentiæ effectus liberi, potest esse necessaria ratione perfectionis causæ operanhis. Respondeo voluntatem finis non esse homini simpliciter necessariam ad achones externas quas habet communes cum brutis, quia hæ achones fiunt ab homine determinate etiamsi absq; voluntate finis; esse tamen necessariam secundum quid videlicet ut operetur homo rationali ultimo rationali modo, quo pacto ehāy est necessaria intenhō efficax Dei ad achy liberum creahy, videlicet ut operetur illum specialissima providenhia et non tantum communi.

96. Objicies cum recentioribus scientia conditionata achy liberi non est necessaria simpliciter ad existentiam achy liberi, siquidem in objecto scientia conditionata existunt omnia necessaria ad existentiam achy liberi absq; scientia conditionata; ita quod scientia conditionata est necessaria ex parte Dei ad operandum perfectissime achy liberum, aliqui coco et imperfecto modo operaretur Deus achy liberum. ergo similiter potest esse necessaria intenhō efficax Dei ad perfectionem operanhis, ehāy si non sit necessaria ad existentiam effectus. Respondeo de hoc argumento me habituum Longum sermone d. 3

97. Probatur 1.m impossibile esse intenhonem efficacem Dei indeliberatam virtualiter quo tantum exequatur, quod secundo loco statuimus in nostra assertione. quia ubi voluntas exequens immediate achy arbitrij non est suapte natura indifferens et compossibilis cum carentia achy, ehāy si præcesserit scientia conditionata

ipsius nullatenus potest consistere indemnis libertas arbitrij; ad libertatem enim requiritur, ut omnia cum principia actus arbitrij tam intrinseca quam extrinseca sint suapte natura indifferentia utcon ta Aluarez, Nauarrete, Granado etalios probabimus disp. 3. cum P. Suarez etalijs. quare qui admittunt praefinitionem efficacem actus liberi post scientiam conditionatam tenentur consequenter asserere voluntatem exequentem Dei esse suapte natura indifferentem et distinctam a tunc tantum intendenti.

Assertio 3. comparatione finis obtinendi medio actui libero voluntatis creatae possibilis est intentio efficax ~ indistincta a voluntate exequenti ~

98. V.g. a comparatione gratiae et gloriae quae intuitu meritorum donantur. ita Aluarez, Nauarr. Gran. Bellarm. s. Cornelius in confessione Hyeronimiana t. 2. c. 10 etalij plures contra P. Suarez, Arriaga, Henrice, Albelda etalios. quod duplici ex capite potest monstrari. 1° quia ut ostendemus d. 3. possunt donari gratia et gloria intuitu meritorum, quam ante merita praecesserit intentio efficax sic donandi. 2. quia praecedenti ante merita intentione efficaci sic donandi possunt seipsa donari absq; alia voluntate distincta subsequenti intuitu meritorum, quod maiorem difficultatem ingerit.

Sed probatur 1°

99.

quia contrarijs argumentis nulla ostenditur implicatio ut eorum solutio constabit. 2. quia eo ipso quod Deus decernat efficaciter ante merita conferre praemium cum viderit merita, potest ut sola huius decreti independenter a alio conferre praemium post praevia merita. ergo non requiritur post intuitu meritorum alia voluntas conferens praemium, nam voluntas seipsa immediate determinans omnipotentiam ad conferendum seipsa praemium est voluntas exequens praemium. probatur antecedens -

D. L. S. 7.

decreto antecedenti merita mult Deus efficaciter ut omnipotentia ex equabus præmium post præmia merita. ergo virtus meritis ne sola illius decreti cogitur omnipotentia exequi præmium. nec omnipotentia nonaliter cogitur ad exequendum opus externum quam volendo efficaciter actionem externam in iis circumstantiis in quibus reipsa exercetur; necaliter debet minuere exequutionem præmij voluntas subsequens merita quam volendo efficaciter illam post præmia merita, quod etiam mult voluntas antecedens merita.

100. Confirmatur 1. in sententia admittente decretum antecedens merita habet vim post præmia merita determinandi immediate voluntatem divinam ad decretum exequens præmium, quum eam vim exercere valeat independenter a præmissione meritorum, solum quia prius decretum ante merita mult decretum posterius post merita sive implicite sive explicite. ergo simile decretum antecedens merita potest habere vim determinandi immediate omnipotentiam ad actionem externam post merita volendo eam actionem existere post præmissionem meritorum. omnia enim quæ possunt evenire vi illius decreti determinantis omnipotentiam ad actionem externam, possunt similiter evenire vi determinantis immediate voluntatem ad decretum posterius internum. Confirmatur 2. decretum creandi animum rationalem post præmissam materiam præparatam potest determinare omnipotentiam ad creandum animum, cui prius materia fuerit præparata. ergo similiter decretum conferendi præmium post præmia merita potest determinare omnipotentiam ad conferendum reipsa præmium postquam præmia sunt merita. Confirmatur 3. voluntas conditionata posita conditione quo ad vim producendi effectum transit in absolutam independenter a alia voluntate absoluta, aliqui nullam posset esse voluntas exequens conditionatam. ergo potiori vice voluntas absoluta decernens effectum dependentem a conditione meritorum habebit vim immediatam exequendi effectum, cum re ipsa exhibeat conditionem meritorum.

101. Expendamus nunc adversarium argumenta. Primum apriori est quia merita sunt causa moralis

moralis præmij. ergo voluntas exequens præmium sequitur inhibitum meritorum, ac proinde non potest esse, eadem cum voluntate interdicti quæ est antecedens. probatur consequentia, quia eo differunt causa moralis a physica, quod physica operatur effectum independenter a voluntate alterius, moralis vero media alterius voluntate quæ sui præmii notionem movet. ergo ex præmissione meritorum excitari debet voluntas qua Deus exequitur præmium. Confirmatur 1. ut præmium conferatur in exequtione necessaria est præmissio meritorum. ergo etiam est necessaria voluntas exequens qua sequatur eam præmissionem; nam præmissio meritorum non potest esse necessaria ad collationem præmij nisi ut excitet voluntatem exequentem præmium. Confirmatur 2. meritum utpote tendens causare moralem præmium non immediate sed mediate. ergo media sua præmissione movent Deum ad voluntatem immediate exequentem præmium. nam si voluntas efficax immediate exequens præmium existit in Deo independenter a præmissione meritorum, præmium etiam existet independenter a meritis, ac proinde non erit effectum meritorum.

107. Huic argumento negatur consequentia discrimen autem inter causas physicas et morales constituit in eo quod causa physica operatur effectum independenter a cognitione inhibitionis causæ, et voluntate exequentis effectum tam antecedenti quam subsequenti existentiam causæ: moralis autem dependenter a cognitione inhibitionis causæ et voluntate exequentis effectum aut antecedenti aut subsequenti existentiam causæ. Ad 1. confirmationem etiam negatur consequentia quia præmissio meritorum necessaria est ad collationem præmij, vel ut excitetur voluntas exequens præmium, vel ut mandetur exequtio præmij media voluntate decernenti exequtionem præmij dependenter a cognitione meritorum; nam si decernat Deus ut res non conferatur præmium, nisi post præmissionem meritorum, necessaria est præmissio meritorum ut res conferatur præmium. Ad 2.am confirmationem

similiter negatur consequentia, quia merita conferunt præmium mediate solum, quia præter existentiam meritorum necesse est voluntas superioris ad conferendum præmium, aut subsequens merita formaliter, aut subsequitur voluntas exequens distincta absolutendenti, aut subsequens virtualiter ut voluntas exequens absolutendenti indistincta; licet enim hæc voluntas concipiatur ante merita, tamen ut habeat effectum expectat necessario præmissionem meritorum. Totius doctrinæ exemplum est decretum creandi animum rationalem post præmissas dispositiones necessarias ad unionem cum corpore: hoc enim decretum efficaciter intendens creare animam virtute dispositionibus exequitur immediate creationem animæ, tamen existentia dispositionum movet Deum ad creationem animæ ut præmia nonphysice sed moraliter, non immediate sed mediate. eo simili existentia meritorum potest movere Deum ad conferendum præmium decreto exequente indistincto absolutendenti ea ipsa merita movendi ut præmia moraliter et non physice, mediate et non immediate.

103. Ex dictis si Deus statuat conferre gratias post præmissa opera naturalia, vel ipsa præmia ejus operibus, conferat gratias certe hunc gratia nondubium ut præmium propter opera naturalia. ergo ut conferatur tanquam præmium propter merita non sufficit decretum conferendi gratias post præmissa opera supernaturalia, sed ulterius requiritur decretum quod ex tali præmissione sequatur. Instabis sumendo si Deus statuat conferre gratias post præmissa opera naturalia per decretum exequens sequutum præmissionem eorum operum ad hunc gratia nondubium tanquam præmium operum naturalium; sic statuat Deus conferre gratias post præmissa opera supernaturalia per decretum exequens sequutum præmissionem operum supernaturalium dubium gratia tanquam præmium eorum operum. ergo similiter potest dari gratia tanquam præmium operum supernaturalium vi decreti exequentis distincti quamvis eo modo nondum propter

opera naturalia. Ratio discriminis inuitog; cum est 9ª premissio et complacentia operum supernaturalium mouet Deum ly adueluntate exequente, ly ad exequtione externa premij supernaturalis motione intrinseca distincta a motione decreti intendentis; quia opera supernaturalia sunt ex se independenter a decreto prio vel intendenti apta inferre exequtione premij supernaturalis. Premissio autem et complacentia operum naturalium non mouet Deum intrinsece ad collatione premij supernaturalis motione distincta a motione decreti intendentis, quia ob defectum conditionalitatis et proportionis cum premio supernaturali non sunt aptae ex se eius collationem inferre.

104. Secundum argumentum est voluntas intendens aliquod donum ante merita poterit ad liberalitatem, voluntas autem exequens donum post merita poterit ad iustitiam. ergo voluntas intendens est distincta a voluntate exequenti. distinguo maiorem poterit ad liberalitatem vt actus elicitus liberalitatis nego maiorem, vt actus imperabilis seu imperabilis liberalitatis concedo maiorem. quo pacto etiam potest pertinere ad liberalitatem voluntas exequens a intendenti distincta quam non ponimus. Voluntas intendens non est actus elicitus liberalitatis quia vt habemus ex D. Thoma. 22. q. 117. et Arist. 4 ethi. c. 2. Ratio q. ita persuadet actus elicitus liberalitatis pro obiecto habet collationem gratuitam doni; voluntas autem intendens habet pro obiecto collationem remuneratoriam et onerosam, quia ea voluntas non vult donum conferatur gratis sed propter merita, tamen ea voluntas est actus imperabilis liberalitatis, quia ex una parte non est debita creaturae, et ex alia est origo doni ipsius.

105. Vltra hoc voluntas intendens non est actus elicitus iustitiae, voluntas autem exequens est actus elicitus iustitiae. ergo voluntas intendens non est eadem cum voluntate exequenti. Respondeo 1. potest voluntas exequens

conferamus cum prædestinatione Xpi quæ Paulus ad Romanos 1.° prædicat prædestinatu esse filium Dei invisibile, præter eius differentiam. nam 1.° hominis prædestinatio dirigit homines ad gloriam, prædestinatio autem Xpi dirigit in filiationem naturalem Dei ut volunt plures theologi et Patres interpretantes locum ad Rom 1., aut invisibilem miraculorum ut volunt alij; aut in manifestationem filiationis naturalis Dei ultra præstanda alij: aut in vita et existentia temporali ut alij. de quo consule Le Penrohy lib 6. de aux. c 9. Suarez. Vazq. Val. et Lubina nos relati n° 7. Deinde subiecta nostræ prædestinationis est natura humana aut angelica ut subsistens subsistentia creata: subiecta autem prædestinationis Xpi fuit natura humana secundum se præcisa ab omni subsistentia ut volunt plures: aut natura humana ut subsistens subsistentia increata Verbi ut volunt alij; aut natura humana ut subsistens denominatione subsistentia creata aut increata ut volunt alij de quo lege Doctores a nobis relatos. Rursus finis nostræ prædestinationis comparatus meritis, additus meritorijs ipsius prædestinati; finis autem prædestinationis Xpi comparari potest independenter à merito ipsius. Denique prædestinatio Xpi non fuit ex meritis ipsius; nostra autem prædestinatio facta fuit ex meritis ipsius Xpi ut videbimus infra.

24. Demum 4. nostra prædestinatio conferatur cum providentia generali Dei complectenti universum rerum creatarum providentias, differt prædestinatio a providentia generali Dei in 4 quæ tangunt pro statu. 1.° quidem ex parte subjecti. 2 ex parte termini. 3 ex parte medium. 4 ex parte modi tendendi. probatur quia prædestinatio differt ex pacto a providentia naturali rerum ut videmus n°. 16. ergo etiam differt ex pacto a providentia universali pro parte contrahit providentiæ naturalis.

25. Secundum indubium est prædestinatio sit pars actualis et integralis providentiæ universalis, est pars

subiectiua et potentialis. quare supponendum est prouidentiam Dei non esse indiuisibilem, sed aliam esse partem quadringentorum praedestinatorum, aliam quae respondet hominibus aliam quae angelorum, aliam quae infimis naturalem, aliam quae infimis supernaturalem; si enim omnia haec obiecta unica et indiuisibilis prouidentia comprehendat, nullus planè erit huic disputationi locus.

Z 6. Assero igitur 1°. praedestinationem esse partem actualem obiectiuam seu integralem prouidentiae diuinae ita Caietanus art°. 1. et Vazq. d. 87. n° 23. et probatur quia pars integralis est ex aequo, simul cum aliis cum dem rationis integratis unum totum. sed ex praedestinatione hominis simul cum praedestinatione angeli et prouidentia aliarum rerum integratur unum attributum prouidentiae generalis Dei; atque ex uirtute productiua hominis, et uirtute productiua angeli ac reliquarum entium integratur unum attributum omnipotentiae. ergo praedestinatio est pars integralis prouidentiae Dei. Probatur minor praedestinatio hominis est distincta uirtualiter ut supponimus a prouidentijs aliarum rerum; obiecta enim sunt materialiter diuersa, et actus cuius q; prouidentiae abinuicem separabiles; aliunde autem attributum prouidentiae prospiciens uniuersitati rerum creatarum complectitur eas prouidentias tanquam totum actuale suas partes. ergo ex praedestinatione hominis simul cum aliis partibus prouidentiae Dei constituit integram prouidentiam Dei.

Z 7. Assero 2°. praedestinationem hominis esse partem subiectiuam prouidentiae diuinae. Ita expresse D. Thomas. Durand. Capreo, Mart. et Camerarius relati a Vazquez 2ª probat. prouidentia hominis et prouidentia angeli, prouidentias naturalis et supernaturalis efficax et sufficiens conueniunt in ratione prouidentiae diuinae. et differunt in ratione talis prouidentiae. ergo prouidentia diuina est ratio quaedam communis ac superior complectens tanquam totum potentiales praedestinationem hominis et angeli, naturalem et supernaturalem, efficacem et sufficientem, tanquam species inferiores et partes sibi subiectas.

deq̃bus ponit enumeratiõ. at hoc est nihil aliud est prædestinatio nec pars subiectiua prouidentiæ diuinæ. ergo prædestinatio est pars subiectiua prouidentiæ diuinæ.

28. Obijcies cum Caietano. prædestinatio hominis et prædestinatio angeli, prouidentia naturalis et supernaturalis non differunt realiter aut ratione nostra tanquam species diuersæ, quia omnes actus intellectus et uoluntatis diuinæ sunt eiusdem speciei utpotè qui nõ ponunt ideã obiectiuã formale naturæ diuinæ. ergo non sunt species subiectiuæ prouidentiæ Dei. In primis nego antecedens, nam actus intellectus et uoluntatis diuinæ ponunt habere pro obiecto formali ueritatem et bonitatem creaturæ. ut enim nunc ponimus ex. g. 19 et 19. cognouit Deus creaturas incipere immediatè et diligit creaturas propter ipsas. Deindè sto omnes actus intellectus et omnes actus uoluntatis diuinæ mouentes ex eodem obiecto formali, nihilominus ponunt specificè differre ex modo in illud tendendi efficaciter uel inefficaciter, absolutè uel conditionatè, ut differunt increatus apprehensio et iudicium simplex complacentiæ et intentio efficax eiusdem obiecti; etiã Deo differunt cognitio et amor eiusdem bonitatis diuinæ. Secundo negatur consequentia; quoniam ut prouidentia diuina sit talis quoddam potentiale complectens tanquam partes sibi subiecta prouidentias singulares sufficit ut prouidentiæ singulares distinguantur inter se tanquam subiecta in genere deq̃bus enuntietur ratio communis prouidentiæ diuinæ, etiã si distinguantur solum individualiter, nam eo ipso continentur sub illa ratione communi, non actualiter sed potentialiter ut aiunt, atq; ideo tanquam partes subiectiuæ unius compositi potentialis.

Sect. 4. An prædestinatio sit operatio intellectus, an uoluntatis?

29. Suppono 1. prædestinationem nomine consultæ extra intellectum et uolun

et uoluntatis, ideoq: aut esse solus actus intellectus, aut solus uoluntatis, aut simul utrumq: probatur quia praedestinatio est actus immanens et aeternus Dei diriges creaturam rationalem in finem gloriae. sed actus immanens et aeternus Dei diriges creaturam rationalem in finem gloriae non potest esse extra intellectum et uoluntatem. ergo praedestinatio non est extra intellectum et uoluntatem. maior constat ex sect. 1. n. 1. minor est clara et consequentia.

30. Suppono .2. utrumq: actum tam intellectus quam uoluntatis esse partem necessariam ad negotium praedestinationis. quia ad negotium praedestinationis expectat perducere creaturam rationalem in finem uitae aeternae. sed creaturam rationalem non potest perduci in uitam aeternam nisi per actus intellectus et uoluntatis diuini. ergo actus intellectus et uoluntatis diuini sunt partes necessarij in negotio praedestinationis. probatur minor. ut creatura rationalis perducatur in uitam aeternam opus sunt beneficia supernaturalia gratiae et gloriae. haec autem non ponuntur donari a Deo nisi cognoscente et uolente. ergo cognitio et uolitio diuina est necessaria pars ut creatura rationalis perducatur in uitam aeternam.

31. Prima igitur sententia asserit praedestinationem adaequate esse constitutam in solo actu intellectus. ita omnes Thomistae, Ricardus, Suarez. Albertus, Bellarminus lib. 2. de gra. et Fonseca, et Granado. Caeteri ij autores dicti sunt in assignando actu intellectus qui praedestinationem constituit. Alij ut Durandus uolunt esse cognitionem practicam mediam uidelicet quae post interuentum finis dictat ea quae eligenda sunt in finem. Alij ut Caietanus esse actum imperij subsequutum electionem mediorum.

32. Secunda sententia asserit praedestinationem adaequate consistere in solo actu uoluntatis. cuius sententiae sunt Scotus in 1. d. 40 q. 1. Bonauentura, Alensis, Ioannes de Ioannis, Henr. qdl. 5. q. 19 Suar. lib. 1. de praed. c. 17, Vasquez d. 87. c. 3. Lessius. sect. 1. inducunt actum qui maximum dissidium. nam

pleres eorum prædestinatione faciunt solas intentiones gloriæ antemeritas. alij solas electiones meduinas, pleres utramq: simul, pleres vo luntates gloriæ post merita.

33. Tertia sententia complectitur achy in tellectus et actus voluntatis ad eternitatis prædestinationis adæquate con stituendas. ita Alensis, Gab. Aureo. Molina d. 1. Beccanus, Arru. Henrica d. 44. sect. 1. Inquas sententias adduci possunt plu res expositionis superiorum sententiarum asserentes prædestinationem esse actus intellectus prout connotat actus voluntatis, et actus voluntatis pro ut connotat actus intellectus. nam ut alibi docui potest quid pias ne pas cognitionis unius essentialis cum alia, quamuis importet de connotato et rationem. Verum ehay inter hos auctores magna est dissensio in statuen do singulares actus intellectus et voluntatis.

34. Hæc sententia mihi ma gis probatur 1. quia magis suffragatur auctoritas sacræ scripturæ et Patrum. nam in sacra scriptura prædestinatio ita refertur ad intelle ctum ita ad voluntatem. ad intellectum refertur ad Romanos 9 Nemplit do minus plebem suam quam præscivit. 1. ad Timot. firmum fundamentum Dei stat, novit dominus qui sunt eius. ad voluntatem autem Ephesios 1. elegit nos in ipso, et iterum prædestinavit nos secundum propositum voluntatis suæ. ad Rom. 8. ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti Math. 22. pauci electi Lucæ 12. complacuit Patri ves tro dare vobis regnum.

35. Favet etiam auctoritas Patrum in primis Augustini relatis nº. 23. tribus definitionibus quibus prædestina tionem explicuit, alia per præscientiam, alia per præparationem gratiæ alia simul per præscientiam et præparationem gratiæ. Rursus apud alios Patres providentia et prædestinatio invenitur actus intellectus directo et voluntatis indirecto, et actus voluntatis directo, et intelle ctus indirecto. Boetius enim 4. de consolat. prosa 6. inquit,

prouidentia, inquit, est ratio in summo omnium principe constituta, qua cuncta disponit. Damascenus autem lib. 2. de fide. c. 29 prouidentia est voluntas per quam res omnes apte congruenti gubernantur. nec longe abest S. Thomas in praesenti art. 3. his uerbis unde reprobatio non nominat praescientiam tantum sed aliquid addit, sicut prouidentia, sicut enim praedestinatio includit voluntatem conferendi gratiam et gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi ettam quia a. 2. ait prouidentia est ratio existens in intellectu prouidentis. et art. 5. cum praedestinatio includat voluntatem sic inquirenda est ratio praedestinationis sicut inquirimus ratio voluntatis diuinae. ergo ex sententia S. Thomae praedestinatio non solum includit actum intellectus, uerum etiam actum voluntatis.

36. Unde probatur 2. ratione quia haec dispositio ut optime aduertunt Suarez et Arriaga multum continet de nouo, nam tota uersatur in inueniendo eo quod significatur uoce praedestinationis, nempe id sit actus intellectus an actus uoluntatis an utergi; simul, cum omnes eorum et coniunctim possint significari, inquisitione autem de nouo et partis standum est cui magis fauet auctoritas sacrae scripturae et Patrum ex quibus sumpta est uox ista uocis. ergo standum est parti quam nos defendimus.

Praeterea quia praedestinatio est prouidentia, prouidentia autem includit essentialiter actum intellectus et voluntatis. includere actum intellectus probatur quia prouidentia est prouidentia quaedam medii rum et finis, atq; ideo censetur pars quaedam prudentiae ut habet Augustinus lib. 83 quaes. q 31. prouidentia autem et prudentia pertinet ad intellectum ergo prouidentia pertinet ad intellectum. Pertinere etiam ad voluntatem probatur quia prouidentia praeter medii rum prouidentiam includit curam et sollicitudinem adhibendi media in consequutionem finis. haec autem sollicitudo et cura adhibendi media includit decretum voluntatis. ergo prouidentia includit praeter

achy intellechy ehiay decrehy uoluntahy. Confirmatr. si Deus non intendat fine, nec eligat media, quambumuis prouideat practice media eligibilia in fine, nonerit in Deo prouidentia sed dessidia in fine; ita quambumuis intendat fine, et eligat media si tamen non procuret efficaciay mediorum nontam erit in Deo prouidentia quante meritas. ergo tay cognitio intellechy quay affechy uoluntahy inte grat essentiay predestinationis. probatr consequentia, quia illa est integra essentia alicuius rei qua ponita et reliquis omnibus per impossibile ablatis immediate ponit res, nay relicta essentia rei in quacumq; supposicione non potest non relinqui ipsa res; sed si per impossibile relinquatr sola uolitio sine cognitione aut sola cognitio si ne uolitione non relinquitr prouidentia Dei. ergo nec sola uolitio nec sola cognitio est integra essentia prouidentiae Dei. nec quid quay obstat cognitione ac uolitione importari inobliquo ad essentiam prouidentiae, quia res importata inobliquo, ut alibi sepius dixi, potest esse pars essentialis constitutiua alterius: quemadmodu ad bedo est pars constitutiua albi, quod est subiecty habens albedine importans albedine inobliquo.

37. Secuñ probatr nec sola cognitio nec sola uolitio est adequata essentiae predestinationis ergo erit ubaginimél. nonesse solay cognitionis probatr, quia haec cognitio, aut est cognitio illa practica mediorum eligibiliuñ subsequens intentionem et antecedens electionem, ut uoluit Durandus; aut est tacheps imperij subsequens electionem, et antecedens executionem, ut uolunt Thomistay aut cognitio in habitua electionis approbans eius existentiay ut probabile tradit Suarez. nay relinquae aliae cognitiones diuinae sunt omniñ necessariae et noncontingentes prout requiritur ad predestinationem. aliquis cognitio practica mediorum eligibiliuñ in fine subsequens intentionem et tacheps imperij subsequens electionem, et tacheps iudicij approbans electionem aut sunt impossibiles in Deo; aut non sunt neces-

ad prædestinationem. ergo nulla est cognitio quæ alias possit integrare essentiam prædestinationis. consequentia est optima. maior non potest negari. minor probabitur disp. sequenti.

38. Absolutum actum voluntatis non esse adæquatam essentiam prædestinationis probatur; quia hic actus voluntatis aut est intentio et electio connexa intrinsecè cum fine gloriæ, aut intentio et electio non connexa intrinsecè cum fine gloriæ. sed neguit esse intentio et electio connexa intrinsecè cum fine gloriæ, quia potest Deus prædestinare hominem absq; electione et intentione connexa intrinsecè cum fine gloriæ ut dicam disp. 4. nec potest esse intentio et electio non connexa intrinsecè cum fine gloriæ, quia ea intentio et electio communis est providentia reproborum quæ non est prædestinatio. ergo nullus est actus voluntatis, qui solus adæquatè constituat essentiam prædestinationis.

39. Dices prædestinationem esse voluntatem efficacem gloriæ subsequentem meritum aut solum aut simul cum intentione et electione antecedenti meritum præscindendo à voluntate connexa et non connexa intrinsecè cum fine gloriæ. Sed contra quia potest esse prædestinatio absq; voluntate ex sequenti gloriam post meritum intrinsecè efficaci in gloriam, cum sola voluntate ex sequenti gloriam condemnata. ergo ea voluntas sub sequens meritum et intrinsecè efficax in gloriam nec; est tota essentia nec pars prædestinationis essentialis. consequentia est bona. antecedens ut debimus disp. 4. igitur cum essentia prædestinationis constituenda sit aut in sola cognitione intellectus, aut in solo affectu voluntatis aut in utroq; simul, ut n°. 30. dicebamus; negetur autem constituì adæquatè in sola cognitione, nec in sola volitione ut ostendimus. consequentia legitima est ut constituatur in utroq; simul.

40. Quæ sententia non habet contra se plura argumenta, quia duæ aliæ duæ sententiæ suas partes efficaci probant, probant quidem unas partes nostræ sententiæ quas

utriusq; partes complectitur. Nihilominus objicit Albelda. prædestinatio habet unicam et simplicissimam essentiam. ergo non potest constare essentialiter actibus intellectus et voluntatis qui constituunt rationes formales omnino diuersas. negatur consequentia quia etiam homo habet unicam et simplicissimam essentiam et nihilominus constat corpore et anima habentibus rationes omnino diuersas. Ita etiam dicimus habet unicam essentiam et constat essentialiter propositionibus aggregatis valde diuersis. ratio est quia essentia quæ est unica et simplicissima realiter potest esse composita virtualiter ex partibus virtualiter distinctis.

44. Sed rogas quinam actus intellectus et voluntatis integrent essentiam prædestinationis, anne subjectum an finem? anne medium? anne practicum? anne speculativum? anne efficacitatem? anne inefficacitatem? respiciunt. Respondeo ut hoc dixi mihi videndum esse primo, quinam actus necessarij sint ad prædestinationem et posteriori declarandum quinam prædestinationem constituant. in primo enim puncto variæ et acriter certatur inter theologos de quo agemus tribus sequentibus disputationibus. de 2° autem puncto dicemus dis. 6.

Disp. 3

Explicantur actus intellectus qui per se concurrunt ad prædestinatum

Actus intellectus diuini alij pertinent ad scientiam naturalem esse necessarium; alij ad scientiam liberam, alij ad scientiam mediam inter liberam et necessariam sequa dimittendi dicimus satis ad q. 14. 1. p.

Sectio. 1ª Explicantur actus scientiæ naturalis qui necessarij sunt ad prædestinationem

1. Assertio 1ª ad prædestinationem necessaria sunt cognitiones naturales quæ representant existentiam subjecti prædestinati mediorum et finis tum possibilem tum honestam. Probatur ad prædestinationem sunt necessaria cognitiones quæ requiruntur ad realem existentiam subjecti, mediorum et finis prædestinationis. Sed cognitiones requisitæ ad existentiam subjecti, mediorum et finis prædestinationis sunt quæ representant eorum existentiam tum possibilem tum honestam. ergo ad prædestinationem necessaria sunt cognitiones, quæ representant possibilem et honestam existentiam subjecti prædestinati. major est clara, quia ad prædestinationem requiritur existentia realis subjecti prædestinati, mediorum, et finis. ergo eius requiruntur cognitiones necessariæ ad eorum existentiam. probatur minor, quia ad existentiam cuiuscumq; creaturæ necessaria est voluntas divina. sed ut voluntas divina amplectatur existentiam creaturæ necessariæ est cognitio proponens illam possibilem et honestam. ergo cognitiones necessariæ ad existentiam objectorum prædestinationis sunt quæ representant eorum existentiam possibilem et honestam.

Sed objicies 1º

2. 1º incognitione qua proponit possibilem existentiam rei creatæ necessaria ad prædestinationem, contineri duplicem cognitionem, aliam qua proponit possibilitatem intrinsecam rei creatæ secundum conceptum primarium ipsius hoc est secundum prædicata essentialia ipsius rei creatæ, ut excludentia contradictionem in existentia et identitate realem eorum; aliam qua proponit omnipotentiam divinam secundum primarium conceptum omnipotentiæ, hoc est secundum quod est productiua cuiuscumq; entitatis ex cludentis contradictionem, quadam cognitionem in mea quidem sententia negante ordinem transcendentalem omnipotentiæ ad creaturas existentiales

dę hinc unde, quando quidę repugnantibus creaturis ponet cognitio omnipotentię abq; cognitione creaturarum manere; utramq; autę re quiri ad prędestinationę et existentiam cuiuscumq; creaturę certum est; nam et Deus uelit existentiam creaturę opus est cognoscere non dari creaturas non repugnare, uerum etiam creaturas sic non repugnantes continere uirtus omnipotentię abq; ideo ad existentiam creaturę non sufficit prior cognitio abq; posteriori nec posterior abq; priori.

3 Obseruandum est. 1°: etiam dicendum aliquo modo cognitionem possibilitatis intrinsecę acognitionem honestatis rei creandę; nam cognitio representans existentiam rei creandę intrinsecę possibilis est omninò absoluta solum proponens prędicata essentialia rei cum negatione contradictionis uię existentię et identitate realę: cognitio uero representans existentiam rei honestam et rationabilem proponens productionem rei conuenientem naturę rationali utrationali est, uigua relatione conuenientię honestas obiectiua consistit. Quare prius apprehendit Deus cognoscendo nam ut non implicantem et posterius cognoscendo productionem rei utrisq; honestam. Vnde etiam fit actione peccati quę proponit sibi natura creata posse proponi honestas naturę diuinę, quas meritę causa prima tenetur parare suum concursum ad omnem actionem naturę creatę.

4. Rogas an cognitio possibilitatis necessariae ad prędestinationem et productionem cuiuscumq; creaturę reflectat s. se necessario. et ratio dubij est, quia creaturę non sunt possibiles ąte sed a Deo percurrente et cognoscente omnipotentię et cognitione directiua intellectus. ergo cognitio attingens possibilitatem creaturę necessario attingit omnipotentiam et cognitionem Dei. Confirma tur non potest Deus conferre media prędestinationis, quin cognoscat se posse absolutę producere ea media, quia non potest uelle producere absolutę ea media, quin cognoscat se posse absolutę producere illas. sed non potest cognoscere se posse absolutę et non dari sub conditione producere

media praedestinationis quam cognitio reflectat supra se, quia Deus constituta potest absolute producere percognitionem practicam intellectus necessariam ut possit absolute producere. ergo non potest Deus conferre media praedestinationis, quam cognitio Dei reflectat supra se.

S. Respondeo cognitionem possibilitatis necessariam ad praedestinationem etc existentias cuiuscumque creaturae non reflectere necessario supra se. nam ut Deus velit producere creaturam sufficit cognoscere se posse producere quidquid non involvit contradictionem, et talem creaturam non involvere contradictionem; sed neutra harum cognitionum reflectit necessario supra se, quia Deus independenter a cognitione reflexiva suae omnipotentiae continet quidquid non involvit contradictionem ut ostendi 1. phys. ergo cognitio necessaria ad productionem creaturae non reflectit supra se. quare distinguendae sunt in Deo duae cognitiones possibilitatis creaturae; Prior possibilitatis intrinsecae virtualis siue primariae qua res creata dicitur solum deum praedicata essentialia ut rejiciunt contradictionem intrae independenter ab omnipotentia divina. Alia possibilitatis formalis extrinsecae siue secundariae qua concipitur res creata ut absolute possibilis ab omnipotentia divina tanquam a forma extrinseca denominante creaturam absolute producibilem. Pariter distinguendae sunt aliae duae cognitiones omnipotentiae divinae, alia omnipotentiae ut continentis quidquid non implicat contradictionem, ut a. hominem et leonem non conditione quod non implicant contradictionem, qui est conceptus primarius omnipotentiae. alia cognitio omnipotentiae ut continentis absolute creaturam ut a. hominem et leonem quia absolute non implicant, qui est conceptus secundarius.

6. Licet quamvis posterior cognitio possibilitatis creaturae ab omnipotentia Dei includat ex parte objecti aliquam cognitionem practicam intellectus divini, caeterum prior cognitio possibilitatis primariae creaturae absolutae conditionatae Dei non involvit ex parte obiecti cognitionem practicam intellectus divini, sed ipsa est

intellectus diuini, sed ipsa ut in actu exercito cognita practica dirigens omnipotentiam ad producendum creaturas ac proinde sufficiens ad productionem creaturarum independenter ab illis. unde ad argumentum respondeo creaturas non habere ab omnipotentia possibilitatem intrinsecam, seu non implicantiam praedicatorum essentialium sed a recipsis immediate ut distinguuntur ab entibus rationis et chymericis; habere tamen ab omnipotentia diuina existentiam ingenere causae efficientis et possibilitatem formalem et extrinsecam ingenere causae formalis dequo plura x. physicorum. Ad confirmationem respondeo ut Deus absolute uelit producere creaturam sufficere quod cognoscat in actu exercito se continere absolute eam creaturam cognoscendo se continere eam creaturam sub conditione quod non implicet et absolute eam creaturam non implicare. Praeterea potest Deus cognoscere in actu signato se continere absolute creaturam; quinta cognitio reflectat s.ª se quia ut contineat absolute creaturam uirtute saltem remota sufficit omnipotentia diuina secundum se et non implicantia absoluta creaturae cognita prioni cognitione possibilitatis creaturae et omnipotentiae Dei quae distinguitur a cognitione posteriori cuius creaturae et omnipotentiae.

7. Quaeres x. an haec cognitio possibilitatis necessaria ad praedestinationem habeatur in omnipotentia Dei, an ex ipsis obiectis immediate? Respondeo mihi competere quod habeat esse in ipsis obiectis immediate, et non improbabile non posse haberi in ipsa omnipotentia diuina, quia nulla cognitio potest haberi a Deo secundum conceptum primum omnipotentiae continentis quid quid non implicauerit contradictionem; sed tantum secundum conceptum secundarium continentis absolute haec et illa possibilia quae absolute non implicant contradictionem ut iuidebuimus q. xx et xx. p. cognitio autem omnipotentiae secundum conceptum secundarium potentis absolute producere hominem et leonem, ita supponit cognitionem necessariam per quam Deus potest absolute producere hominem et leonem, iudex cognitionem creaturarum in ipsis immediatam, quemadmodum

scientia visionis et scientia conditionata supponit omnia requisita ad existentiam quae cognoscunt, quamuis ea scientia necessaria sint ad illam nec ullatenus reflectant sup. se

8. Dices cum recentioribus scientiam visionis et conditionatam supponere scientiam simplicis intelligentiae quae dirigat omnipotentiam ad producendum creaturas; scientia autem simplicis intelligentiae non supponere aliam scientiam. Sed contra quia prata scientia mediata rerum possibilium in Deo cognoscit intellectus divinus possibilia per scientiam immediatam in ipsis quae valet dirigere omnipotentiam divinam ad producendum creaturas. ergo cognitio mediata possibilium in Deo non potest reflectere supra se supponendo creaturas possibiles per cognitionem immediatam ut non reflectant sup. se scientia visionis et conditionata

Rogas .3. an

9. prata cognitione naturali possibilitatis et honestatis obiectiua uel creata concurrat ad praedestinationem, cognitio practice proponens conuenientiam et honestatem formalem ipsius voluntatis interne praedestinantis. et ratio est 1ª quia ad omnem actum moralitèr bonum requiritur cognitio practica prudentiae. 2ª quia similis cognitio necessaria est ad omnem affectum moralitèr bonum voluntatis creatae.

In hac difficultate dico .1.

10. eiusmodi cognitionem reflexam voluntatis internae non posse non concurrere ut in praedestinatione quia eius obiectum est eterna uoluntatis et omnino necessarium.

11. Dico 2. eam cognitionem non esse necessariam simplici ut amandum obiecta praedestinationis ut docuimus tr. de supernat. disp. 5 sect. 2. non est necessaria cognitio reflexa amoris honesti ut existat amor honestus; nam ut obiectum ametur simpliciter sufficit quod ipsum proponatur honestum, ut autem amor sit moraliter honestus sufficit quod amor sit ex principio liber et ex obiecto honesto. Confirmatur

quia amor obiecti honesti nonest moralitèr bonus quia indicatè reflexè bonus, sed ideo indicatè bonus reflexè quia rectus est bonus in dependentiâ ad dictum. ergo ut sit moralitèr bonus non indiget iudicio reflexo sua bonitatis, sed sufficit iudicium proprium vel differentiâ bonitatis obiecti.

12. Dico .3. potest nihilominus ea cognitio reflexa esse necessaria ad praedilectionem, concurrendo; ut principium ulterius ad voluntatem praedilectantem, quia scientia condicionata nonest necessaria simpliciter ad amandum obiectum praedilectionis amore electionis praedilectantis, nihilominus tamen necessaria est ad praedilectionem, concurrit ergo ut principium saltem ulterius ad voluntatem praedilectantem dequo sect. 2. et 3. . ergo quamvis cognitio reflexa nonsit simpliciter necessaria ad amorem praedilectantis, potest nihilominus esse necessaria ad praedilectionem, concurrendo ergo ut principium saltem ulterius ad amorem praedilectantis dequo dicemus d. 6.

13. Ad .1. rationem dubitandi respondeo cognitionem directam honestatis obiectivae esse practicam et pertinere ad prudentiam ut diximus tr. de supernaturalitate et posito dicemus tr. de bonitate morali. Deinde ut affectus internus voluntatis procedat moraliter bonus non requiritur ut existat iuxta regulas prudentiae adaequatas esse bonus sed iuxta regulas prudentiae quae dictarent esse bonum aliquando actu indicarent de illo. Ad 2. am nego antecedens ut vidimus tr. de supernaturalitate. Praeterea reddit discursum inter affectus creatos et divinos; nam affectus creatus obiecti honesti potest vitiari reflexe vel ex praecepto prohibenti, vel ex intentione praua imperanti, proinde potest desiderare, ut existat sine plicita bonus, cognitionem reflexam suae bonitatis. affectus autem divinus obiecti honesti non potest reflexe vitiari nec ex praecepto nec ex intentione praua cum sit voluntatis divinae, alias ideo potest peculiari ratione existere moraliter bonus, quin expectetur

cognitio reflexa sua absolutæ. hæc tamen omnia maiorem considerationem desiderant ad q. 14

Sectio 2ª. An scientia media sit ad prædestinationem necessaria?

Non disputamus an absolutè concedenda sit scientia media de quo satis disputatum est ad q. 14; sed an concedenda sit necessaria ad prædestinationem quod est proprium præsentis investigationis.

Proponuntur placita theologorum

14. Prima sententia negat absolutè scientiam conditionatam esse necessariam ad prædestinationem. Ita Alvarez de auxi d. 7 et 11. Nava rete contra. 32. Albelda 1 p. d. 44. 45, et 74, Nazar: tract. 1 in 1mam. art. 5. Machin disp. 46. sect. 3. consicientes speciosa argumenta contra necessitatem scientiæ conditionatæ ad prædestinationem Dei.

15. Secunda sententia absolutè affirmat. ita Suarez, Molina, Vazq. Bellarm. Lessius quos sequitur Henriq d. 22. c 3. item Becanus 1 p. c. 14 q. 7. Arriaga. Albertinus, Monteus d. 3. Pennotus, Philippus Fabri disp. 54. c 5. cum Granado.

16. Tertia sententia est media inter duas superiores, distinguit q. prædestinationem unam quæ consistit in voluntate efficaci meritorum et gloriæ, et aliam quæ consistit in voluntate solum inefficaci. Igitur cum prædestinatio fit in voluntate efficaci meritorum et gloriæ asserit scientiam mediam esse necessariam ad prædestinationem; cum autem fit in voluntate solum inefficaci non esse necessariam sed tantum utilem. Ita recentiores quidam existimantes hanc esse communem nostræ Societatis sententiam

Assertio prima. Scientia media est necessaria ad prædestinationem cui prædestinatus eligitur efficaciter ad coronam gloriæ.

17. Hanc assero cum omnibus nostræ Societatis Doctoribus et probo. Non potest Deus intendere efficaciter coronam gloriæ, quin certo præsciverit media efficacia ad eum finem. Sed non potest Deus certo præscire media efficacia ad eum finem absq; scientia conditionata. ergo non potest Deus intendere efficaciter coronam gloriæ absq; scientia conditionata, ac proinde cum prædestinatio includat intentionem efficacem coronæ gloriæ desideratæ necessariam scientiam conditionatam. consequentia est manifesta. maior videtur petere notam, quia nullus prudens potest intendere efficaciter finem exponibus periculo frustrandi suam efficacem intentionem: Sciens intenderet efficaciter finem non præsciens certo media efficacia ad consequendum finem exponeretur periculo frustrandi suam intentionem. Minor etiam in sententia Societatis est manifesta; quia ea media præscitum certo efficacia ad finem quæ adhibeantur præscientia habitura effectum infallibiliter. Sed auxilia gratiæ quæ sunt media prædestinationis non possunt certo præscitu habitura effectum absq; scientia conditionata in sententia Societatis. ergo in ista sententia etta probatur evidenter minor quia auxilia gratiæ in ista sententia non sunt physice et intrinsece connexa cum meritis necessariis ad coronam gloriæ. ergo non possunt præscitu operaturum infallibiliter ex sui sola existentia ipsorum, sed contingenter tantum ex scientia hypothetica futura determinate futura portionem exhibitionem eorum.

18. Quare ad præsentem assertionem supponendum est auxilia gratiæ non esse physice et intrinsece efficacia sed tantum ex scientia conditionata liberum nostræ voluntatis sub conditione futuro. nam si auxilia ponantur intrinsece efficacia, ut volunt Thomistæ, aut efficacia

extrinsecè extra voluntate Dei intrinsecè efficaci independentè a nostro consensu ut volunt plures Scotistæ. certissimum tamen docto Seorum aquè buydag recentioribus ponè Ouyno sive scientiæ mediæ dicere hominem efficaciè ad coronam gloriæ, sufficiet enim tunc Deo volenti efficaciter finem gloriæ scientia simplicis intelligentiæ, perquam explorata habet omnium rationem rerum, siquidem in medijs physicè predeterminantibus, aut immediatè in ipsa voluntate efficaci Dei videt certo et determinatè consequutionem meritorum et consequutionem gloriæ independentè a consensu proximi conditionato voluntatis, quæ est objectum proprium scientiæ conditionatæ. Verum quia supponit a nobis efficacia auxilium omnino extrinsecum e.g. dependens a libero consensu conditionato voluntatis, ideo ut hæc efficacia præmoveatur a Deo intendente efficaciter coronam gloriæ, ponit certo necessarias scientiæ media quæ ferantur ad ipsum consensum liberum voluntatis subconditione indifferenti futurum.

19. Licet nihilominus quispiam ebrius in hac nostra sententia sufficere scientiam simplicis intelligentiæ, quia licet Deus non uideat auxilium aliquod singulare quo posito infallibiliter operatura voluntas, uidet tamen collectione ipsi nitas auxiliorum quibus nemo successivè tangatur infallibiliter operabitur, nam licet possit homo singulis auxilijs Seorsim resistere, omnibus tamen collectivè non potest potestate saltem morali; ut nonpotest ui tare omnia peccata venialia collectivè licet possit singula seorsim; at hæc cognitio quæ expectat ad scientiam simplicis intelligentiæ sufficit ut Deus eligat hominem efficaciter ad coronam gloriæ. ergo sufficit scientia simplicis intelligentiæ absq; scientia media ad electionem efficacem hominis ad gloriam. Hoc uidetur esse D. Thomæ q. 6. de ueritate a. 3 docentis prædestinationem Dei esse omnino certam quia tot ad miracula præparat prædestinatos ut uel non cadat; uel si cadet resurgat.

20. Sed impugnatur hæc sententia. 1°. quia hic modus prouidendi

est indigenus Deo ergo ette probate antecedens, hic modus prouidentiæ Deus facit ignorantes eventus quos sortebetur auxilium quod conferat, ea q: prostat expectantes eius eventus ut insubsidium conferat aliud quo fortè careret si huiusmodi tentando sic casco quodammodo varias vias quibus tandem perueniatur ad finem intentum. at hic modus prouidentiæ vel assignatione terminorum existat vel indigentissimus Deo ergo prouidentiæ Dei arrogandus est cui scientia infallibili et certa eventus quos habiturus est auxilium diuinum ac prouidè cui scientia conditionata.

Ad 7. Secundo quia ex generali prouidentia indigentiæ Deus inducit ad magnas angustias et periculà subeundi suas voluntates. nam ponamus prædestinatum peccatorem adeo vicinum morti ut post duo aut tria instantia discessurus sit extra viam gratiæ prouidentiæ excludat, Deus q: conferre illi auxilium quo conuertatur cui q:, ut possit illi respondere; ecce non supersunt ni si duo tantum instantia temporis in quibus Deus urgere possit voluntates huius prædestinati. at spatio duorum instantium facile potest reipsa tam voluntas prædestinati cuicumq: auxilio diuino, nam si hoc auxilium conferantur a Deo successiuè expectando eventus quos secundum inquantum instanti, tantum possunt esse duo. duobus autem facile potest dissentire voluntas quantumcumq: interius, quando quidem in tempore non potest tollere potestatem moralem dissentiendi et plenam aduertentiam ad obiectum delectabile quæ necessaria ad bene operandum moraliter; maior enim aduertentia et potestas requisita ad actum moraliter bonum quam ad malum ergo vno eventu existente Deus conferre nequit cui prædicto frustrandi suas efficaces intentiones.

Ad 8. Impugnatur efficacia quia vel Deus subtrahendo illius cumulet auxilium videt certissimè infallibilitate physica et metaphysica hominem conuertendum et saluandum vel alium conuertendum et saluandum? videt certissimè infallibilitate

physica et metaphysica qua propria est scientia divina, ea quidem pro
uisio expectabit ad scientias medias, quia tas infallibiles et certas pro
uisiones consensus fundare non potest medius quod non habet aque infalli
bilem connexionem cum consensu: componibile q: est physice et metaphysice cum
dissensum ostendimus ad q. 14 cumulus autem auxiliorum non habet conne
xionem physicam et metaphysicam cum dissensu, siquidem potest homo pote
state physica et metaphysica coniungere dissensum cum eo cumulo auxilio
rum, ut potest potestate physica uitare collective omnia peccata venia
lia, potens enim ad singula horum collectionis seorsim, potens erit
potestate physica ad totam collectionem, que singulis successiue sumptis
nondistinguitur ergo ea promptio consensus liberi omnino infallibilis et cer
ta habet exiguissimas uentatis determinatas, que potest cum cumulo au
xiliorum futura est; que cognitio est propria scientia media. Si autem vi
det consensum liberum solum conjecturaliter, preterquam quod hec cognitio vi
det indigna Deo; nonest sufficiens vt Deus absolute efficaciter decer
nat concursionem predestinati, nec cum cognitione conjecturali consensus compo
ni potest dissensus ergo potest ehic componi cum decreto efficaci Dei, atq;
ideo potest humanam uoluntatem frustrare decretum efficax Dei, et Deus
imprudenter exponi resistentie uoluntatis create.

Z3. Hic tamen adnotare
libet inconsequentiam Granados, qui ubi s.a asserit necessariam esse scientiam
mediam ad predestinationem Dei ascensus aliis inlocis pro auxilia efficacia
cognosci absq; scientia media solum per scientiam simplicis intelligentie.
... nam ad q. 14 a. 4. d. 4 et a. 5. d. 6. certum habet plures vocationes esse
naturaliter non connexas moraliter cum consensu libero voluntatis create,
in quibus Deus infallibiliter videt consensum creaturam; ut autem videat infa
libiliter consensum creaturam sub certum conditione futurum, ac per consequens ut
videat efficaciam eorum sufficere scientiam simplicis intelligentie dicit creaturam
scientia media quod habet a. 5. ad q. 14 d. 5 n.° 6. ergo ut videat de
qua efficacia auxiliorum quibus infallibiliter consequatur finem gloriae non

non indiget scientia conditionata ac per consequens nec ut absolute efficax dicat decernat gloriam pendente ac conveniat libero creato ad quem Q. Gra.

Assertio. 2ª

Quamuis prædestinatus non eligatur efficaciter ad gloriam ante merita necess. et ad prædestinatis scientia media

74 Hanc assertionem probat P. Suarez c. 4. p. lib. 1. de prædest. c. 7 n. 10 hac ratione. ad prædestinationem necessarium est ut Deus velit prædestinatis auxilia efficacia ut efficacia sunt, ut autem Deus velit auxilia efficacia ut efficacia sunt, necessaria est scientia media. ergo ad prædestinationem semper est necessaria scientia media. minor constat quia ut Deus velit auxilia efficacia ut efficacia sunt necessaria est cognitio efficaciæ auxiliorum, nihil enim volitum quin præcognitum, cognitio autem efficaciæ auxiliorum exspectat ad scientiam mediam ut probauimus. igitur etc. probatur maior quia Deus est qui decernit prædestinatos a reprobis; si autem Deus nonvellet auxilia efficacia ut efficacia prædestinato non discerneret Deus prædestinatos á reprobis. ergo ad prædestinationem necessarium est ut Deus velit auxilia efficacia ut efficacia. probatur minor si Deus nonvellet efficaciam auxiliorum sed tantum entitatem eorum amore quidem et benevolentia Dei esset æquale in reprobum ac prædestinatum, nam auxilia ultimum g. secundum entitatem sunt æqualia, imo sæpe auxilia reprobi intensiora et perfectiora. igitur ut Deus decernat prædestinatos a reprobo necessarium est ut velit prædestinato efficaciam auxiliorum quam nonamat reprobo. Confirmatur quod sit tantus saluandorum numerus oritur habet ex voluntate Dei prædestinantis. atqui Deus nonvellet prædestinatis auxilia efficacia ut efficacia non haberet oritur ex voluntate Dei prædestinantis, sed ex ipso eventu absolute futuro, præsertim in ea hypothesi quam supponimus negante electionem efficacem prædestinati ad gloriam

ergo

ergo Deus prædestinans tenetur velle auxilia efficacia ut efficacia, ac per consequens ebij illa per scientiã mediã cognoscere.

Z5. Vorum 3 necessario nonnunquã conuincit quæ vltima P. Suarez 3 sententiæ negante possibile præfinitionem efficacem consensus liberi voluntatis creatæ, imo aute sententiæ ebij negandum est Deum posse præfinire auxilia efficacia ut efficacia sunt. Deus enim præfiniens efficaciã auxilio cui non potest non præfinire formaliter aut inuariabiliter ipsum consensum voluntatis qui continuit eã efficaciã, aut saltem connexionem habet necessariã cum illa. Quare negatur in illa sententia pertinere ad prædestinationem voluntatem auxiliorum efficaciũ ut efficacia sunt, qualiter fatentur omnes patronj huius sententiæ præsertim recentiores.

Ad probationem respondetur 1. Deum discernere prædestinatum a reprobo inactu secundo et non inactu primo quia cum æquali auxilio operatur in prædestinato quod non operatur in reprobo. Deinde respondetur discernere prædestinatum in actu primo conferendo auxilium inæquale in actu primo moraliter et non physicè, quia confert auxilium efficax inactu primo per connotationem ad consensum conditionatum; cuius inæqualitatis causa in actu exercito et absolute est solus Deus independenter ab amore speciali suæ voluntatis et scientiã conditionata sui intellectus. et quamuis de facto speciali benevolentia prosequatur Deus prædestinatum, tamen hæc specialitas amoris non videtur esse de constitutione vocationis efficacis omnis prædestinationis ebij possibilis, ad quam probatur necessaria scientia media. unde patet solutio ad confirmationem argumenti.

Z6. P. Vaz quem vide l. p. d. 93. n. 5. conclusionem probat eodem fere argumento quia prædestinatus debet Deo speciales gratias quas non debet reprobus ob beneficium speciale prædestinationis quod illi præstat conferendo auxilium efficax ad perseuerandum. Sed non deberet prædestinatus gratias speciales, si Deus conferret auxilium efficax ignorans speciale

emolumentu auxilij. ergo necessaria est scientia media ad prouidentiã prædestinat'. probat minor quia nulli debent gratiæ ob collationẽ eius bonã quod ignotum est conferenti et præter eius intentionẽ contingit. ergo nec deberent Deo speciales gratiæ ob speciale emolumentu quod conferret prædestinato nisi scientia media esset ignota Deo conferenti auxilium efficax.

Z7. Non magis concludit Vaz quæ quas Suarez nay ut probabimus deus sequenti potest Deus prædestinare hominẽ quem dilectione antecedenti mediorum et finis de beat minus reprobus quos prædestinatos, quod in sententia Vazq̃ uidetur manifestè dicendum ad mina scientia conditionata; quoniam amor conferentis boni non est specialis, nec obiectum specialis gratiæ dei; nisi uelit bonum illud speciale quod confert, sed quamuis deus præuocat congruitate specialem auxilij quod confert prædestinato præ reprobo; tamen Deus in sententia P. Vazquez non amat auxilium congruum ut congruum est efficax sed ineficax, quo pacto ergo amat reprobo auxilium non congruum desiderando ut sit congruum ab ipsius conuersione. ergo ad hunc ad mina scientia conditionata benemolentia antecedens non est specialis gratitudinis. Secundo quia potest responderi assumptum esse uerum in prædestinatione nunc existente, non autem in alia possibili.

Z8. P. Leonardus Lessius lib de auxi. c. 4 et P. Henrice A. nº 2.5. probant necessitatem scientiæ conditionatæ ad prædestinationem ex perfectione prouidentiæ diuinæ, nam perfectissima prouidentia postulat præordinationem certam euentus futuri sub conditione mediorum, quæ præparantur in fine, nam ad qualemcumq. prouidentiam expedit cognitio mediorum utilium in fine, et ad prouidentiam perfectissimam cognitio perfectissima; cognitio autem perfectissima mediorum est illa quæ assequitur de medijs non solum quid possunt uerum etiam quid operabuntur sunt ad habeantur. ergo ad perfectionem

prædestinationis expectat scientia conditionata operationis futuræ sub conditione medianæ. Vincuntur prudentes in negotijs momenti maximi expenderunt non solum quod possunt obtinere per media sed etiam quod reipsa obtinebunt si parauerint, ne in vicentijs pecunia exigo ad prudentissimam Dei prouidentiam necessaria est scientia media.

29. Etiam hæc ratio non persuadet rem: nam scientia media quæ ad prædestinationem contendit necessaria, non est qualiscumq; scientia, sed determinate eam quæ prius sit consensus liberus voluntatis futuræ. ergo non probatur scientia media quæ hac disputatione contenditur. probatur minor. potest esse perfectissima prouidentia Dei in fine gloriæ absque scientia determinata consensus futuri; nam prouidentia qua diligendo reprobi in fine gloriæ est perfectissima absq; scientia determinata consensus futuri: Deus enim non vult reprobos consentire auxilijs quæ præparat in fine gloriæ. ergo eo argumento non probatur necessaria scientia determinata consensus futuri; Vrgebit hæc ratio, quia ut ad mittit P. Henrice nº. 26. ratione scientia conditionata est necessaria ad perfectionem prouidentiæ diuinæ quatenus est necessaria ad voluntatem conferentem auxilia. sed ad voluntatem conferentem auxilia non est necessaria hæc scientia in sententia negante præfinitionem efficacem consensus liberi in qua procedimus, quia eadem voluntate diuina qua conferuntur auxilia cui operaturæ sunt, potuerunt conferri cui non essent operaturæ, aliqui voluntas Dei conferens auxilia haberet infinitam connexionem cum consensu voluntatis creatæ quem operaturus. ergo scientia conditionata non est necessaria ad perfectionem prouidentiæ diuinæ.

30. Vnde potest argumento responderi ad perfectionem quidem prouidentiæ præparandi media existentia ne efficaci finis necessarium esse cognitionem eventus futuri sub conditione medianæ, ne existentia efficax finis exponatur imprudenti periculo

seu tradé, non autez ad perfectionez prouidentiæ, qua potens intende re efficaciæ finez intendit solum inefficaciæ; quemadmodum enim defectus intentionis efficacis in voluntate Dei non derogat perfectioni prouidentiæ diuinæ, sic dicendum non derogare defectus scientiæ visionis futurorum videnti diuino, uel defectus scientiæ simplicis intelligentiæ præuocabi euidenti assequutio finis contenti in ueritate medium. Siautez apud uiros prudentes imprudentes præparantes media ab eis non dicas euentus futuros; ideo quidez est quia ex parte prouidentis procurantis finez omne quod potest efficacius procurare. nay si potens facile negotio finez efficaciæ obtinere solum inefficaciæ intendat, et relictis mediis efficacibus sola sufficientia prouidet, ad quid opus erit notitia euentus ex mediis futuris.

34. Cuius appositissimum exemplum est prouidentia inefficax reproborum in finez gloriæ; nec obstat dicitur Deum prouidere reprobis media salutis eterna nay, quamuis non præsentiat consensum futurum ex mediis, saltez præsentiæ per scientiam mediæ desensum eorum, quia hæc præcognitio desensus non est necessaria in Deo ob perfectionem prouidentiæ reprobi in salutez eternam; sed ob fœcunditatem et perfectionem diuinæ intellectionis; aut finis ejus ob perfectionem alterius prouidentiæ qua Deus efficaciæ assequitur extensionem alicuius attributi diuini medio desensu uoluntatis creatæ; nay prouidentia hominis in salutez eternam potius retardatur quam allicitur ad collationem mediorum præcognitione inefficaciæ eorum.

35. Ergo in sententia negante præfinitionem actus liberi ut probandas sufficientia media necessaria ad prædeterminationem, qua parte necessaria est ad uoluntatem mediorum efficacium ut probatur superioribus argumentis. Sed quia ut notauit P. Molina in prax. a. 1. d. 1. ipsa scientia media ex ratione uoluntatis mediorum per se immediate prædeterminationem complectitur tanquam pars essentialis ipsius; quemadmodum

unitas necessaria est ad numerum binarium, non quod necessaria sit ad existentiam alterius unitatis, sed quia ipsa pars est rationis abstractae unitate est pars constitutiua binarij. ergo cum praedestinatio coalescat essentialiter ex actu intellectus et ex actu uoluntatis ut statuimus d. 4. q. 1. sect. 4. scientia media est necessaria ad praedestinationem, quia est potissimum actus intellectus qui illam essentialiter constituit; imo ut dixit Molina s.a pergens aprouidentias reproborum dej briguitas: nay ij dem actus uoluntatis qui nunc ad praedestinationem spectant, poterant ad prouidentiam communem spectare cum quo subconditione eorum non praeuidereta infallibilis assecutio uitae aeternae.

33. Quare probandus est assertio in hunc modum. Praedestinatio secundum suam rationem formalem est prouidentia specialis et efficax saluandorum propria continens in diuinam ex parte Dei infallibilem et certam connexionem cum assecutione uitae aeternae. sed ad hoc exigitur scientia media seclusa electione efficaci ad gloriam. ergo ad praedestinationem exigitur scientia media seclusa electione efficaci ad gloriam. Consequentia et legitima. maior constat ex disp. et sect. 2. et ex discrimine quod Patres et theologi omnes tradunt inter praedestinationem et prouidentiam reproborum, illam enim omnes faciunt prouidentiam efficacem et specialem omnino certam et infallibilem connexam cum gloria, ideo q. asserunt non posse hanc duo coniungi praedestinatum esse et salute non consequi; hanc autem praedicant omnes prouidentiam communem et inefficacem absq. ulla infallibilitate et connexione infallibili cum gloria. Probatur igitur minor inquam est difficultas. Seclusa electione efficaci ad gloriam, et scientia media nullus relinquitur actus intellectus aut uoluntatis ex quo praedestinatio sit prouidentia efficax et saluandorum propria, omnino certa et infallibiliter connexa cum gloria, potest autem scientia media relinquitur praedestinatio ex parte Dei prouidentia efficax et saluandorum propria omnino certa et infallibiliter connexa cum gloria. ergo

efficaces gloriæ eiusdem cum voluntate consequentis eiusdem gloriæ; alij dijudicant: plures eandem cum electione mediorum; alij absolvunt: plures cum intentione indivisibilitatis peragi totum negotium praedestinationis, alij id implicare. Plures habere pro objecto gloriam et coronam, alij gloriam secundum se praescindentem a circumstantia coronæ. Plures denique intentionem efficacem gloriæ esse necessariam ad praedestinationem, alij vero non esse necessariam, ut pateat quanta sit in humanis iudicijs discordia.

Sectio 2. Possibilis est ad praedestinationem aliqua intentio formalis gloriæ ante merita

6. Docet contra Bardum Legionensem, qui s. 2 cap. 2 usq. ad 12. et inijs quæ antea praecedenti publicis lectionibus de praedestinat. docuit et anno praesenti publicis disputationibus tenetur est hoc nititur fundamento. Decreta libera Dei non possunt habere alium ordinem intrinsecum ad eos quos inde habent objecta, sed intra objecta praedestinationis prius sunt merita quam gloria. ergo decretum gloriæ non potest esse prius quam decretum meritorum, adeoque impossibilis est intentio formalis gloriæ ante decretum meritorum. Confirmatur. haec intentio formalis gloriæ non potest esse inefficax non habens connexionem cum gloria, quia decretum liberum Dei non est aliud quam voluntas necessaria Dei et terminus creabilis, nec potest esse efficax quia praecederet merita quæ tenetur libertate arbitrij. ergo nulla potest esse intentio formalis gloriæ antecedens merita. quod circa docet c. 12. Deum non voluisse de facto omnes homines salvos fieri voluntate formali sed tantum virtuali, quatenus voluit omnibus hominibus auxilia sufficientia ad salutem conferre.

7. Dixi. aliquem non posse esse contra Bardum Legionensem, quia nullus est alius theologus aut antiquorum aut recentiorum qui eius opinionem teneatur. Licet enim nulli

theologi ex 1ª et 3ª sententia inirinent non fuisse in Deo intentio ne formale gloriæ ehij inefficacey omnibus hominibus communey, ta men nullus gt̃ prata Basilius quei eay intentionē gloriæ prædestinatis inficiebat. atq; ideo suas sententiā ultrōgulariā et contra mentey omniū auctorū quos pro 1ª et 3 sententiā recensuimus, rejiciendā est.

8. Ad fundamentū sententiæ negō actibus diuinis præcuntendum esse ordinē realiē ordinis quey objecta habent realiē ut satis ostendimus d. 1. sect. 3ª. Ad confirmatio nē respondeo potuisse intentionē gloriæ antecedentey meritā esse hum efficacey, hum inefficacey; efficacey quia ut videbimus sect. 5. potest cuj intentione efficaci gloriæ componi integra libertas arbitrij. quod nescio quo pacto possit iay negare Basilius qui hoc præsenti anno docuit efficacem auxilium esse antecedentey naturæ consensum voluntatis, et inbuir secē ac infallibiliē connexam cujillo dogmo potuisse inefficacey vero 2ª decreta libera Dei non coalescunt ex voluntate necessariā Dei et extrinseco creato existentē ut posuī disp. 1. et probabo disc. de voluntē d. 6. Præterea gto rā coalescat libertas Dei; potest constitui intentio finis malis gloriæ per eamdem mutationē creatam pregnas constituta efectiō libera meritum, præsertim in mea sententia identificantē intentionē finis cum electē mediorum ut docui disp. 1. sect. 1. Siautey objicuatur posse Deum eligere ordey media inordinē ad varios fines. respondeo intentionē bene posse diuersam ex mutationibus creatis ex quibus in sententia Legionensis exunt electiones diuersæ, præsertim si media sint efficacia vel inefficacia, et ex fine existenti non possint sumi varie tas.

9. Hinc ostenditur posibilis aliqua formalis intentio gloriæ præcedens existentiā meritorum. Primo quia nulla adducitur rationē quæ eius implicationē ostendat. Secundo quia possunt actus diuinæ voluntatis retrahere alios ordines abeo quey retinent objecta creata ut pluribus argumentis ostendimus disp. 1. ergo potest aliqua intentio

gloriæ antecedere meritæ quamvis merita antecedant gloriam. con
sequentia videtur bona. Tertio quia Deus potest velle voluntate
formali conversionem et penitentiam peccatoris ejus: unum finem auxilia gra
tia conferre ergo etiam potest velle homini gloriam aliquam formaliter inten
tione et auxilia conferre media ad merendam gloriam. Consequentia
videtur optima aparitate rationis. antecedens ita de facto contingere os
tendit P. Molina Exprincipijs fidei 1. p. q. 14 a. 6. d. 1. Deus
ej: 4° quia secundum fidem certum est Deum condidisse hominem in felici
tatem æternam ejus: unum finem media conferre. ergo fuit in Deo inten
tio formalis gloriæ antecedens merita. probatur consequentia, quia
Deus non potuit condere hominem in felicitatem æternam, ejus: unum finem
media conferre nisi esset in Deo amor formalis gloriæ antecedens me
rita. id enim esse non potuit nisi vel quia ex intentione formali fe
licitatis æternæ actus habuit decretum condendi hominem, ejus: auxilia
gratiæ conferendi vigore cuius est combinare intentionem formalem gloriæ:
vel quia ipsum decretum condendi hominem et conferendi auxilia gratiæ mo
vebatur movebatur intrinsece ex ultimitate et conducentia eorum ad beatitu
dinem æternam, quod non potuit esse absq: amore formali beatitudinis
probatur 1° quidem quia ut vidimus d. 1. sect. 6. non potest electio for
malis medium non amare formaliter et explicite finem. 2 quia electio
formalis medium exitus necessario exigunia intentione formalis fi
nis ut concursus formalis exprauia cognitione præmissarum, iuxta com
munem Aristotelis prosequium propter quod unumquodq: tale et illud ma
gis, nisi omnia inuertantur philosophorum principia.

10. Deus electionem for
maliter medium præsupponere intentionem venerabilis ubi imperfecta est noti
tia mediorum; non autem in Deo exploratissima habente omnium media
rum efficacias. Sed contra quia etiam agentia creata habent explo
ratas efficacias plurium mediorum. homo enim per scientiam adquisitam et
experimentaliter evidenter cognoscit calamum esse unicum necessarium ad scribendum

paniculley ad prigendu, equu ad tra commode ebulocitè peragendu. Item dyas per scientiã infusã, et angelus per scientiã naturalẽ assequendi pfectissimè condiõnes, ebuiusbet omniu rerũ creaturaru; nihilomi nus tamẽ electio formalis medeorũ præsupponit ineis intentionẽ finis ergo pfecta notitia medeorũ non tollit præcisiuã intentionẽ finis.

Corollarium de intentᵉ gloriæ omnibus hominibus communi

11. Hinc colligitur non solu possibile ueru etiã actu existere cum forma ley intentionis gloriæ omnibus hominibus communis; tum quia omnes homines conditi sunt in felicitatẽ eternã, omnibus: sunt prouisa media sufficientia ineum finẽ; tum quia potuit esse talis intentio ut uidimus. aliunde autẽ plura sacræ paginæ testimonia non possunt in propriõ sensu aliqui ritus formali intentione gloriæ interpretari. Præsertim illud Pauli 1ª ad Timotheu 2. ubi cum præmiserit Apostolus orandu esse pro regibus et omnibus in sublimitate constitutis ut tuitas agant in omni pietate mox adjecit hoc enim bonu est et acceptu coram saluatore nostro, qui omnes homines uult saluos fieri et ad agnitionẽ ueritatis uenire. hoc enim testimoniu accipiendu esse de uera ac formali uoluntate bene placiti diuini in hominu salute persuadet 1º ipse contextus: ideoque Apostolus obtestatur orari pro omnibus ut tuitas in pietate degant, quia id gratu est ac bene placitu Deo qui uult omnes homines saluos fieri. at ut homines orent et tuitas in pietate degant, gratu et bene placitu est Deo (qui uult omnes homines saluos fieri) uera ac formali uoluntate ergo etiã ut homines saluifiant. Secundo communis sensus interpretes qui hoc pacto testimoniu intelligunt ut S. Thomas 1.p. q. 19 a. 6. ad 1. Durand. in 1. dist 47 q. 1. Molina 1.p. q. 19 a. 6 d. 1ª Suarez lib. 4. de rad. c. 1. et 2. Vasquez 1.p. disp. 83 cap. 2.

Correlius vnius locus accuratissimè rej declarabit, Aluarez, et Alcheda cum alijs. 3 auctoritas Patrum, qui loqui sic intelligendi sunt ut Augustinus, Ambrosius, Hyeron. Cyprian. Clemens Romanus, Prosper et Damascenus, qui apud recentiores citatos videri possunt et plures rej alij: nam cum esse communem Patrum sensum recte affirmat P. Lessius, quidquid alibi contra probare legionensis c. 17. sedabit argumento quod facili negotio non soluatur et testimonio Patrum quod facilius non explicetur.

Sectio 3. Expenditur intentio inefficax gloriæ prædestinatorum propria

17. Ad examen vocamus sententiam singularem P. Henrici qui disp. 25. c. 13. docet intentionem gloriæ antecedentem prædestinatorum meritis non esse efficacem, ut docuit P. Suarez, nec adeo inefficacem, ut reprobis sit communis, ut docuit P. Vasquez, sed ita fuisse inefficacem, ut sit propria prædestinatorum, et ita prædestinatorum propria, ut efficax non sit. negat esse efficacem, quia euerteret libertatem arbitrij: affirmat tamen esse prædestinatorum propriam, quia speciali amore benevolentiæ prosequitur Deus prædestinatos quam reprobos. differt autem intentio inefficax gloriæ prædestinatorum propria ab intentione inefficaci gloriæ omnibus hominibus communi, quod illa supponit eventualitatem scientiæ conditionatæ futuritionis meritorum et gloriæ sub conditione auxilij quibus homo perducitur ad vitam æternam, quam non supponit intentio inefficax reproborum. Præterea consequenter quia intentio prædestinationis gloriæ et complacentia inordinata efficaci mediorum præmio per scientiam conditionatam ita ferunt in gloriam ut simul ferantur in auxilia gratiæ et merita appetendo eorum indissolubile affectu entitatem auxilium efficacitatem et efficaciam eorundem cum existentia meritorum

et gloriæ per scientiam conditionatam præuiæ solùm inefficaciæ. Quod intentionem gloriæ reprobis communi minimè conuenire potest, cum medium eorum non sint præuiæ efficaciæ; potest autem conuenire intentioni prædestinationis, quia non repugnat eundem affectum voluntatis euenire efficacem et inefficacem comparationem diuersorum.

13. Hæc sententia numquam exiit, quia semper uisa est terminos implicare et implicauit difficultatibus quas uitare contendit. ac in primis implicauit difficultatibus aliorum præsertim quod infra uidebimus nunc breuiter probatur, quia uoluntas explicata gloriæ non minus aduersatur libertati humanæ quam uoluntas efficax gloriæ admissa a P. Suarez dependenti a scientia conditionata. sed tota difficultas quam superare contendit hæc sententia est conciliatio libertatis humanæ cum uoluntate speciali Dei prædestinante. ergo etc. Probatur maior ea ratione uoluntas efficax explicata a P. Suarez aduersatur libertati humanæ quia non est in potestate humana, cum uoluntate ponere in Deo et ea posita non perseuerare. sed similiter non est in potestate humana ponere in Deo uoluntatem gloriæ ita explicatam nec ea posita non perseuerare ergo eodem modo aduersatur libertati humanæ uoluntas Dei ita explicata, quo uoluntas explicata a Suarez. Probatur minor quia ultrag: uoluntas est gratuita et antecedens meritum prædestinati et ultrag; habet connexionem infallibilem cum gloria dependentem a scientia media quam ultrag; euentualiter supponit ut mox uidebimus. ergo ultrag; non est non est contenta in potestate prædestinati et semel gratia non potest non operari perseuerantiam finalem et coronam gloriæ. Huic ergo nullam inueniet solutionem infauorem huius sententiæ quæ eodem modo non famat sententiam P. Suarez ut manifestè constabit sect. 6.

14. Deindè terminos implicare probatur implicat terminos uoluntas inefficax gloriæ et habens connexionem infallibilem cum existentia absoluta

gloriæ

gloria, ate explicata ꝛ̃apte natura ꝓbelat ut merita prædestinat̃ et corona gloriæ sint infallibilit̃ futura sub condic̃one quod exhibeat̃ eis prædestinato debit̃ auxilium secundum entitates quibus de facto perducitur ad gloriam; quia pete ea intentio ꝛ̃apte natura supponit scientiam conditionatam futurit̃onis meritorum et gloriæ sub condic̃one eo rum auxilium. Sed aliunde pete ea intentio habet ꝛ̃apte natura conferre absolute et efficacit̃ ea auxilia secundum entitates sub quibus merita prædestinat̃ et coronas gloriæ sunt infallibilit̃ futura ergo ꝛ̃apte natura habet connexionem intrinsecam et infallibilem cum futurit̃one absoluta gloriæ, quod enim̃ habet connexionem intrinsecam et infallibilem cum effectu sub condic̃one talis causæ, et aliunde habet connexionem absolutam cum tali causa nonpotest non habere connexionem absolutam cum tali effectu: quemadmodum qui decernit procurare beneficium Petro sub condic̃one quod adeat curiam Romanam, et absolute decernit adire curiam Romanam absolute etiam censetur decernere procurare beneficium Petro. Confirmatur. cum ea intentione gloriæ implicat componi carentiam absolutam gloriæ. ergo intrinsecam connexionem cum existentia absoluta gloriæ. probatur antecedens cum ea intentione implicat componi præcise ꝛ̃e Deus carentiam meritorum et gloriæ sub condic̃one auxilium se cundum entitates quæ de facto conferuntur prædestinato; sequitur pete ea ꝛ̃apte natura ponit ea intentio scientiam futurit̃onis meritorum et gloriæ: at aliunde implicat componi cum carentia absoluta eorum auxiliorum secundum entitates, quia efficacit̃ decernit illa conferre ergo implicat compo ni cum carentia absoluta meritorum et gloriæ.

15. Dices ea intentione nonesse affectum efficacem quia non connectitur cum meritis et gloria ex uirtute ibi intrinseca et modo quo forsitan inobjectum prout requiri tur ad affectum efficacem sed tantum ex suppositione extrinseca scien tiæ conditionatæ quæ ibi præcedit. Sed contra quia illa in tentio ex natura sua et modo intrinseco quo forsitan inobjectum habet

habet inferre auxilia prauia a Deo efficacia et non sufficientia. Nã ex sua natura et modo tendendi ad obiectum desiderat secundũ quid ordinẽ natum operationis et efficaciæ auxiliorum. ergo ex natura sua et modo intrinseco quo fertur in obiectum est efficax illa intentio. nam affectus sua natura et intrinsecè efficax præscindit a non existere sed tantum intendere non est qui in sua immediatè determinat ad operandum effectum sed qui connexionem habet cum medijs quæ immediatè illum infallibiliter operentur. nec P. Suarez contribuit aliquã efficaciam intrinsecã electionis nec productionem ad gloriam nisi contribuendo illam connexionem intrinsecè cum secundũ infallibile meritorum et gloriæ sub medijs indifferentibus quæ infert efficaciter quidem alias principia immediatè operentur effectum. ergo intentio gloriæ ãte explicata erit affectus sua natura efficax intendere gloriam.

16. Ad secundũ cum intentionis implicatio non sit tantum, quia proponitur ea ferme indivisibiliter in auxilia gratiæ secundum entitatem et eorum connexionem cum gloria tanquam in obiecta subordinata, hoc est secundum entitatem auxiliorum propter connexionem cum gloria prauia ita ut non præcederet ea connexio cum gloria in hac serie auxiliorum nondecernenda a Deo ex cui huius specialis intentio nis hac serie auxiliorum secundum entitatem sed alia cum qua præciderentur gloria connexa. at implicat secundum indivisibiliter affectum se ipsum efficaciter ad entitatem auxiliorum, et ineffaciter solum ad connexionem cum gloria tam prauia, quando nihil intrinsecè monstrat decernendi entitatem auxiliorum est ipsorum connexio cum gloria tam prauia. ergo etc. minor probatur ex illo communi principio propter quod unumquodque tale et illud magis, quis enim appetat cibum propter eius delectationem qui eadem non appetat delectationem; et porro amamus propter salutem et non appetat salutem. ergo si Deus appetit efficaciter entitatem auxiliorum propter connexionem cum gloria prauia; efficacius, aut æque efficaciter appetit connexionem ipsam. Confirmatur ex dictis intellectus

nas concluerio non potest ferri euidentia vnionem extremitatis vltra quas vnionem extremitatis cum medio, quia assentibus unioni earum inter se propter unionem earum cum medio. Ita etiam actus fidei non adhaeret primo vt objecto reuelato quas diuinae reuelationi, videlicet quia ideo est certus de objecto reuelato quia certus est de reuelatione. ergo similiter non potest ideo affectus indiuisibilis ferri efficaciter in media propter connexitatem ipsa praeuisa eorum, quam etiam appetat efficaciter ipsas connexitates et finem. Potest quidem ideo indiuisibilis affectus appetere efficaciter media sufficientia solum et non efficacia et inefficaciter finem ut contingit comparatione reproborum, quia tunc finis appetitur solum sub conditione, et non praeuisa contineri infallibiliter in mediis. Caeterum id implicat quando media praeuidentur efficacia et eorum connexio cum fine est ratio formalis intrinseca appetendi media ut contingit in praesenti.

Sectio 4. Explicantur possibiles plures aliae intentionis gloriae inefficaces praedestinati

17. Quamuis hoc pacto intentio inefficax praedestinatorum propria impossibilis appareat, nihilominus plures alias inuenio intentiones gloriae, quae cum inefficaces sint possunt esse peculiares praedestinatorum benevolentiae. Et in primis intentio inefficax gloriae potest explicari praedestinatorum propria, quia Deus certis quibusdam hominibus voluit plures gradus gloriae quam aliis et ex hoc speciali amore benevolentiae quo complacuit ita fuit voluntas diuina ordinata habuit ut illis procuraret auxilia efficacia gratia etiam aliis tantis sufficientia, quamuis nollet posset etiam illis consideratis his primis intentionibus cum solis auxiliis sufficientibus satisfacere.

18. Secundo potuit Deus praedestinatos specialiter diligere praeter reprobos affectu gloriae, quamuis aliis eorum gradus gloriae

sub condicione prodecreuerit, quia nimirum eo affectu feruentis
uitæ uterq; utercq modo tendendi proferat Deus salutem Petri
prædestinati salutiq Iudæ reprobi. quod explicanda inde utri excellit
duobus unus tantum esset destinandus in gloriam exui quidem illius
affectus relicto Iuda eligeret Deus solum Petrum; qualiter nobis
tribuit quotidie qui exaltatos amicis procurantibus dignitates de
sideramus plus uni suas dignitates quas alteri, etiamsi affectus ille sit
inefficax et simplex.

19. Tertio et melius explicari potest specialis
intentio gloriæ qua Deus voluit prædestinatis gloriam per merita con
sequendam ea lege ut quantum ex parte Dei minime deficiant illis
nonnulla sufficientia uera etiam efficacia ad gloriam per merita consequendam
atque Deus præuidit. quare quia Deus salua hominis libertate
ea auxilia efficaciæ de facto præuidit, ideo illa prædestinatis largitus
est; nonautem largitus est reprobis quamuis præuiderit auxilia efficaciæ
quibus reprobi uitam consequerentur salutem, quia noluerat illis
gloriam eo affectu benevolentiæ quo eis quantum est ex parte Dei non
deerant auxilia efficaciæ sed tantum sufficientia. Itaq; Deus uno hoc
dicendi modo exui affectu quo uoluit prædestinatis gloriam determinatus est ad procurandas illis media opportuna ad uitam consequendam
gloriam, non quidem omnino absolute attenta uis et natura illius affectus
sed tantum sub condicione quod ea auxilia præuiderit; ita ut casu
quo Deus nullas præuiderit auxiliis efficaciæ quibus homines integra
libertate ad coronam gloriæ inducantur nulla fiat uis illi uoluntati Dei
quod homines beatitudine priuentur. casu autem quo præuiderit ea auxilia, non potuit non salua hominis libertate auxilia efficaciæ conferre
et eum ad beatitudinem uitam consequendam dirigere: atqui auxilia con
ferendi non est obligatus reprobis quorum plures præuidit consecuturos
uitam gloriæ uidit ea auxilia præuiderat, uidelicet quia non uo
luit eis gloriam speciali amore quo eius prouidentia quantum est

exte non solum non decrevit sufficientibus vernm ebiam efficacibus significa invenerint ut voluit praedestinatos. Sic Pater procurat filio dignitatem nonnunquam vero cum amori satisfacit non deficiens necessariis. non autem satisfacit amori filij ubi nulli parcens labori quantumcumque exterior non praestat omnia subsidia quae invenerit efficacia ad dignitatem conse quendam.

20. Igitur hic affectus benevolentiae praedestinatorum nonnisi in Deo existentia conditionata salutis nec connexione habet absolutam cum ea existentia nec cum salute praedestinati ut affectus explicatus sect. praecedenti. sed tantum connexionem conditionatam casu nimirum quo Deo suppetant auxilia efficacia ad consequendam coronam gloriae. nam quamquo Deus ea non praevenerit potuit ille affectus componi cum prima vocatione gloriae praedestinatorum. Caeterum quia hoc est impossibile saltem moraliter, ideo ebiam fuit impossibile ut ille affectus non sortiatur effectum. Quare ille affectus quamvis metaphysice potuerit reddi inefficax, tamen non potuit reddi moraliter et forsan nec physice, quia physica potestate videtur impossibile reperiri in ullius limitatae voluntatis creatae infinitis auxilijs et modis vocandi quos Deus in thesauro suae omnipotentiae continet. quo circa ille affectus erit quidem intrinsece inefficax quia expectato modo tendendi in salutem potest componi cum carentia illius: extrinsece vero efficax existentia conditionata auxilioram efficacium cum qua contingenter connexitur, ideo erit maxime convenus ad explicandum specialem benevolentiam Dei erga praedestinatos et primam intemeratam libertatem arbitrij.

Sectio. 5ta. Refutatur intentio efficax gloriae ante praescientiam absolutam et conditionatam meritorum

21. Nota 1°. Deus dupliciter ante omnem praescientiam meritorum potest

intendere gloriam primo conferendam ut hæreditatem soli, ut eam consequatur defuncti infantibus baptizati. Secundo conferendam ut coronam et præmium meritorum ut eam consequatur adultus. nota. x. Controversia præsente, nonne de voluntate intendente gloriam ut hæreditatem, sed tantum de voluntate intendente gloriam ut coronam. nota 3. intentionem efficacem gloriæ ut coronæ ea intelligi quæ forte nonpotuit prædestinatus non mereri et re ipsa obtinere gloriam, ita ut cui illa voluntate repugnet componi carentia meritorum perseverantiæ et gloriæ. nota 4 hanc intentionem efficacem gloriæ ante omnem præcientiam meritorum eam illam quæ communiter vocari solet decretum efficax prædestinationis ad gloriam, nonquia hæc decreta nouam intentionem nouit, sed quia ex amore quidam speciali quo Deus ex universali massa aliquos specialiter selegit præ alijs selegit ad gloriam efficaciter consequendam.

ZZ. Thomista igitur quos tetigimus nullam asserunt Deum antequam illam præviderit merita sub conditione auxilium in differentijs futuras ex sola scientia simplicis intelligentiæ qua prænouit naturas auxilium physicè prædeterminantis decretive efficaciter ut homines prædestinati consequerentur gloriam ut coronam, proinde ejusdem operarentur merita collati auxilij intrinseci physicè prædeterminantibus. Quibus accedunt Scotistæ qui docent prædestinatos mereri gloriam per auxilia quidem intrinseca omnino indifferentia; ex hinc concurso omnino determinata silicet decreto efficaci Dei ejusmodi immediate determinante voluntatem creatam. quamquam non desunt plures Scotistæ qui hæc decreta efficacia Scoti intelligant ea ejusmodi quæ theologi ea quæ subsequuntur scientias conditionatas meritorum ut Philippus Faber vr. 1. dup. 54 et plures recentiores eorum de quo lectæ sequenti.

Z3. Hæc intentio efficax gloriæ communiter negatur a doctoribus Societatis ut repugnans libertati creatæ, nam hæc intentio non potest obtinere finem gloriæ ut coronæ nisi per auxilia physicè

prædeterminanthà . at auxilia physicè prædeterminanthà repugnant libertati creatæ . ergo etiàm repugnat hæc interthio efficax gloriæ . consequentia est manifesta . maior datur ab ijs aduersarijs . minor fuit probata antehac in hac efficacia auxiliorum , ubi suum proprium uendicat locum . Importhuit enim repetenda hùc ea quæ illèc quotidiè audiuimus . ideo nos qui cum uniuersa Societate tenemus thymerica esse auxilia physicè prædeterminanthà , thymerica etiàm iudicamus interthiones efficaces gloriæ à Domino efficaby , cum istas interthiones efficaces gloriæ eadem proxus argumenthi confirmanthi quæ confirmanthi in auxilijs physicè prædeterminanthis .

Sectio 6ª. An Deus possit intendere efficaciter gloriam per merita consequendam post scientiam conditionatam meritorum ?

74. Hanc ly putathoney instituimus cum Theologis Societatis rejicientibus auxilia physicè prædeterminanthà et nihilominus admittentibus scientiam infalibilem meritorum sub conditione auxiliorum indifferentium independenthi abullo decreto efficaci Dei actu existenthi in diuina uoluntate . non placent eorum quos rebutimus n. 2 affirmant Deum portquam præuidit Petrum usq; infalibiliter consequuturum salutem integram eius libertate per merita sic talia uel talia conferenda auxilia potuisse decernere efficaciter uno defacto ita decreuisse ut Petrus consequatur salutem per merita et in eum finem adjuncta auxilijs gratia quæ absq; læsione libertatis, præuisa sunt operatura salutem . Placent uero eorum quos rebutimus n. 3. id negant facthy a Deo , uno et possibile .

Et igitur sententia affirmans

75. Ego affirmanthus subscribo sequentibus argumenthis . Primum ac

ac politissimus gl, quia nullus affectus denegandus est Deo possibilis, quú ostendatur repugnare. at nullo argumento ostenditur repugnare intentio efficax gloriæ ante meritu sedm absoluta ut planum faciemus soluendo argumenta aduersariorum. ergo ea intentio non est deneganda possibilis Deo. Confirmatur intentio efficax gloriæ ante meritu nec repugnat cum executione gloriæ propter meritu; nec cum libertate meritorum. ergo nullo excapite repugnat. Hæc enim duo capita sunt exquibus politissimus contendit repugnare.

Z6. Et quidem non repugnare intentionem efficacem gloriæ ante meritu cum executione eiusdem gloriæ propter meritu ostendimus sabs dict. l. sect. 3 arcent. 3 et 4. nam de ly intendere gloriam ante meritu habuit ea intentione ut gloria vi executionis conferatur propter meritu, sicut qui nullo adstrictus debito intendit vendere res suas indigenti, intentione quidem alienandi res suas habet sine ullo decreto iustitiæ, executionem autem cum debito iustitiæ absq; ulla tamen repugnantia intentionis cum executione, quia ipsa intentione indebita conferendi res suas indigenti habuit ut collatio ipsa sit ex debito et onerosa. ergo similiter non repugnabit intentio gloriæ ante meritu cum executione eiusdem gloriæ propter meritu.

Z7. Explicatur. voluntas intendens gloriam ante meritu potuit eam ex achu elicitu iustitiæ, quemadmodum voluntas exequens gloriam post meritu; et voluntas exequens gloriam post meritu potuit eam ex achu elicitu misericordiæ, quemadmodum voluntas intendens ante meritu. ergo voluntas intendens gloriam ante meritu non est incompossibilis cum executione post meritu. consequentia videtur bona. antecedens vidimus ad sup. l. n. 114. et constat eodem exemplo vendentis res suas extremi indigenti, nec enim intentio vendendi quambemus antecedat debitum iustitiæ, potest eam ex achu elicitu iustitiæ, si moueatur ut potuit ex honestate aequalitatis iustitiæ. Item

uoluntas exequens uendicionem potest esse actus elicitus misericordie quamuis subsit quatenus debitus, si moueatur ad uendendum in diligenti exhortatione subleuandi eius miseriam, ut mouere potest debitor ad soluendum creditori quod debet ex iusticia creditori exhortante diligenti. ergo similiter etc. Vlterius explicatur, hec doctrina in uoluntate generali qua Deus intendit omnibus hominibus gloriam, nam illa intentio conditionata est gratuita et liberalis, sicut intentio absoluta supra dictum est, quia illa conditionata antecedit merita sicut absoluta, tamen illa respicit collationem gloriae remunerationis et non gratiosam. ergo uoluntas gratuita potest respicere collationem remunerationis, atqui idem noluit contra gratiam et liberalitatem uoluntatis intendentis gloriam, quod exequitio gloriae sit meritoria et remuneratoria.

Respondent aduersarij 1°. uoluntatem inefficaciter consumatam intentionem et constituere moralitatem unius actus cum exequutione externa, ut cum constituit uoluntas efficax absoluta, atqui idem uoluntatem generalem saluandi posse ad liberalitatem pertinere, quamuis exequutio externa ad illam non pertineat, semper autem uoluntatem efficacem quae cum actione exteriori unum actum constituit. Sed contra 1°. quia illa uoluntas conditionata non adeo consumata intentionem ut imponat unum actum cum actione exteriori moralitatem constituere. nam licet absolute non habeat uim efficaciter conferendi [illegible] in exequutione gloriam, tamen uim habet efficaciter eam conferendi sub conditione meritorum siue hominibus ita meritoribus, sicut uoluntas absoluta. at uoluntas absoluta constituit moralitatem unius actus cum actione exteriori solum quia uim habet efficaciter imperandi illam. ergo uoluntas generalis quamuis liberalis et gratuita potest constituere unum actum cum exequutione remunerationis gloriae. probatur maior quia uoluntas conditionata posita conditione habuit inadaequatam quoad uim exequendi effectum, adeo ut ipsa non deficiat mediate

sed etiam immediatè potest determinare potentiam exequentem, sicut voluntas absoluta. de quo vide dicta dist. 2. sect. 1. ergo potest voluntas generalis condicionata ultima meritis conferre gloriam. Secundo sic non potest conferre, omnis actus ultimatis tam efficax quam ineficax, amoris simplicis complacentiæ et absolutus unitus suæ speciei et objecto formali quod respicit et non excedens quem operatur. actus enim caritatis potest exercere opera religionis et misericordiæ. ergo non minus pugnat cum voluntate ineficaci quam cum efficaci, quod cum objecto existente sit in alia specie ab ea in qua voluntas intentionis et constituta. ergo cum voluntate ineficaci antecedenti meritis et exposito subjecti solus gratuitus non repugnat exequiis remuneratoriæ gloriæ, nec id repugnabit cum voluntate efficaci et absoluta

Z 9.

Respondent. 1. voluntatem generalem gloriæ nonnunquam liberalitatis sed tantum benevolentiæ quo Deo placet bonum nostrum quia bonum nostrum est, aut misericordiæ, quo placet nostra beatitudo, quia aduersus nostram miseriam est. Sed contra nam eodem modo quo voluntas absoluta gloriæ pertinet ad liberalitatem pertinet etiam voluntas condicionata, et quemadmodum voluntas condicionata pertinet ad benevolentiam ac misericordiam etiam potest pertinere voluntas absoluta. nam sicut voluntas absoluta ante ~~credit meritum, ergo~~ rationem dicimus liberalis (ut actus imperatus non autem ut actus elicitus liberalitatis ut dicemus n° 114.) sic voluntas condicionata antecedit merita, propterea q: dici potest liberalis, et sicut gloria ut est objectum voluntatis condicionatæ est bonum nostrum et depellit miseriam, humanam; ita ut est objectum voluntatis absolutæ. ejusdem eodem modo ultra q: actus internus voluntatis divinæ potest esse liberalitatis, benevolentiæ, ac misericordiæ; eodem q: modo collatio remuneratoriæ gloriæ potest comparari cum ultro q: actu interno voluntatis divinæ.

30. Ostendamus nunc intentionē absolutas de via antecedentes meritā absolutas predestinatī et subsequentes conditionatas non pugnare cum libertate meritorum et obtinuimus. Ad autē hoc argumento communico. non potest achus voluntatis creatae non manere libere ubi omnia eius principia immediata manent indifferentia et compossibilia cum carentia achus. Sed post intentionē efficacem gloriae antecedentes merita absoluta, et subsequentes conditionatas possunt omnia principia immediata achus voluntatis manere indifferentia. ergo post intentionē efficacem gloriae potest achus voluntatis manere immunis libera. In hoc syllogismo tota vis posita. Probemus igitur discursum adeoque ultimum D. Thomas adstendendum praedestinationē quamvis cum meritis praedestinati non tollere eius libertatem, ut delicet quia solus preparat causas proximas contingentes seu indifferentes adoperandum. Sic q. 6. eueuit. a. 3 incorp. conciliat libertatem cum praedestinatione his verbis; liberum arbitrium deficere potest a salute, quia ideo quem Deus praedestinat ad miniculā preparat quod vel non cadat, vel si ceciderit resurgat. Sicut ex morta tione et dono gratiae et alia eius modi, quibus Deus homini adminiculatur ad salutem. Si ergo consideremus salutem respectu causae proximae scilicet liberi arbitrii non habet certitudinem sed contingentiae, respectu autem causae primae, quae est praedestinatio habet certitudinem. Hoc D. Thomas ubi comparat libertatem praedestinati cum praedestinatione solum quia causa proxima, quae applicat praedestinatio ut dona gratiae et alia huiusmodi sint contingentes ac indifferentes, quamvis ipsa praedestinatio, quae est causa remota non sit contingens sed certo connexa cum effectu. Similia habet 1. p. q. 19. a. 8 in corp. ubi quia Deus voluit, inquit, effectus contingenti euenire contingentes causas adeos preparauit. Ex his inquimus eo ipso quod voluntas diuina contingentes causas preparauerit non posse contingentiam et libertatem effectuum auferre. eadem in prae. a. 8. in corp. his verbis

Respondeo dicendum quod praedestinatio certissime, infallibiliter q. consequitur suum effectum, nec tamen imponit necessitatem, quia non omnia quae providentia subdunt necessaria sunt, nam quaedam contingenter eveniunt secundum conditionem causarum proximarum, quae ad talem effectum divina providentia ordinavit, quamvis providentia ordo sit infallibilis. Igitur similiter electio efficax aeternae gloriae potest relinquere integram libertatem praedestinati quamvis connexa sit cum corona gloriae: nam ut in sententia D. Thomae praedestinatio infallibilis et certa conservat indemnem libertatem humanam solum applicando causas indifferentes ad operandum; sic potest in nostra sententia electio absoluta et efficax libertatem conservare, quod nostra argumenta contendunt. Proprius tamen ad syllogismum facti accedamus, et eius propositionem teneamus.

34.

Ac in primis demonstremus maiorem nempe indemnem relinqui libertatem humanam ubi delectatio et necessitas operandi non provenit ex suppositione quae sit causa simplicitatis et primae quoad immediatum operationis. Convincat primum hanc doctrina Augustini qui lib. 3 de libero arbitrio c. 18 aet. si laboris sui est omnia mandare memoriae hoc imprimis tenere, quacumque ita causa sit voluntatis sinon potest id verum, sine peccato accidit; si autem potest, non ei cedetur, et non peccabit. Videtur desiderat Augustinus ut aliqua prava motio sine peccato cedatur quod ideo est ac libertas voluntatis auferatur. Primum quod sit causa simplicitatis actus voluntatis, secundum quod non possit illi resistere. Accedit Anselmus lib. 2. cur deus homo c. 18. definiens suppositionem antecedentem quae libertatem tollit hisverbis est namque necessitas praecedens quae causa est ut sit res, et est necessitas consequens quae res fuit. et lib de concord. c. 1. ait ordine eo solis duabus necessitatibus futurum intelligitur scilicet et praecedente quae facit rem esse et consequenti quae nihil cogit esse. Laudat angelicus doctor verbis quae habet lib. 2. phys. text. 88 ubi dicit quod necessitas absoluta est quae pendet ex causis prioribus. igitur non potest esse necessitas

et determinatio voluntatis ubi causa prioris actus non sunt determinata sed indifferentes adoperandum. at causa simplicitè actus sunt principia proxima et immediata actus ut mox videbimus. ergo ex mente Patris ubi principia proxima ac immediata actus sunt indifferentia ac compossibilia cui carentia actus non potest esse necessitas et determinatio sed indifferentia et libertas.

37. Adjungamus auctoritati rationem Sanctorum. libertas voluntatis est potestas indifferens adoperandum videlicet quae possit operari actum et non operari componendo cui illa actus et eius carentia. Sed ubi omnia principia immediata actus existunt indifferentia et compossibilia cui carentia actus potestas voluntatis adoperandum actus qua coalescit ex omnibus principijs immediatis ipsius relinquit indifferens et compossibile cui actus et carentia actus. ergo ubi omnia principia immediata actus existunt indifferentia et compossibilia cui carentia actus relinquit in voluntate indifferentia a libertas. Maior et minor sunt per se notae. Conseq.a est ultima est.

33. Confirmatur 1. actus qui procedit a voluntate proximè ac formaliter indifferenti et libera est proximè et formaliter liber, quia actus constituit proximè liber ab indifferentia proxima voluntatis. Sed ubi omnia principia immediata actus sunt indifferentia et compossibilia cui carentia actus, voluntas ut proximè potens operari actum est indifferens ac libera quia constituit proximè potens operari actum per principia immediata ac proxima actus. ergo actus qui procedit ab illa est proximè ac formaliter liber. ubi autem actus est proximè ac formaliter liber a potestate proxima voluntatis non potest esse necessarium a causa remota applicante principia proxima. quia causa remota non habet influxum in effectum nisi per principia proxima ergo ubi principia proxima sunt congrua libertati actus absolute et simpliciter relinquit liberum.

34. Confirmatur 2. non tollitur libertas simplicitè nisi ex suppositione antecedenti simplicitè, hoc est natura et causalitate physica. Sed ubi

libertas non tollitur ex principijs immediatis, non tollitur ex suppositione antecedenti simplicitè hoc est natura et causalitate physica. ergo ubi libertas non tollitur ex principijs immediatis illesa omnino relinquitur. Consequentia est Legitima. maior constat quia libertas simplicitè est potestas indifferens causa physica simplicitè operandi; ubi autem causa physica simplicitè operantes siue antecedentes simplicitè sunt indifferentes, potestas causa physica simplicitè operandi manet indifferens, arg: ideo etiam simplicitè libera. probatur minor quia causa remota applicans causas immediatas omninò indifferentes non antecedit effectum simplicitè, hoc est natura et causalitate physica, quia illum non operatur physicè loquendo simplicitè sed tantum secundum quid. ergo supponitur quæ non est causa proxima sed tantum remota non est supponitur antecedens simplicitè. antecedens familiarissimum est pluribus aduersantibus nonnullis quando causa immediata est indifferens actum etiam quando est omninò determinata. inde P. Hurtado de 1.p.to physicorum. lect.a 2. at quando causa immediata est omninò indifferens, id probatur aprioni, quia causa remota non operatur effectum nisi quatenus operatur causas proximas secundum rationes entitatis indifferentes. at causa proxima secundum entitatem indifferentem non magis operatur existentiam effectus quam eius carentiam. ergo causa remota ut est causalitate sua non operatur physicè effectum. á posteriori uero quia Deus non est causa simplicitè peccati, quamuis sit causa uoluntatis et cognitionis, quæ sunt causæ immediatæ peccati, solum quia uoluntas et cognitio secundum se considerata sunt indifferentes ad peccatum et eius carentiam. ergo quod est causa causæ non est simplicitè causa causati quando causa immediata est omninò indifferens, sed solum quando est necessaria et determinata ad effectum, ac proinde non erit antecedens simplicitè natura et causalitate physica ut requisitum ad tollendum libertatem.

35. Explicatur aprioni tota doctrina, quia uoluntas est potentia libera prout est facultas potens simplicitè operari ad actum.

at uoluntas ut potens simplicit operari actu per prima principia immediata operationis non autem per principia remota. ergo duo uoluntas gl indifferens et non determinata cum principijs immediatis operationis simplicitr existit libera. Minor probatur explicando quae sint principia immediata et remota operationis. Principia enim immediata nunc intelligimus illa quae in aliquo genere causae aut conditionis aut applicationis iuuant percie immediatr et non ratione alterius quod inferunt uoluntatem ad operandum, adeo ut eo non existente quamuis reliqua intelligantur existere non intelligatur uoluntas ad operandum completa, quo pacto concurrit ad amorem Dei actus fidei et habitus caritatis; principia uero remota intelligimus quae conducunt ad operandum solum, quatenus exhibent aliud ac diuersum quod immediatr ad operationem concurrit, adeo ut ablato principio remoto, duo per possibile uel impossibile intelligatur existere principium proximum quod exhibet intelligatur uoluntas eodem modo ad operandum completa, quo pacto concurrit ad amorem Dei habitus fidei quo ablato duo actus fidei existat cum habitu caritatis eodem modo intelligitur uoluntas potens amare Deum. igitur uoluntas non est simplicitr potens per principia remota sed tantum per proxima, alias ideo nec simplicitr libera.

38 Explicatur amplius qua ratione quo omnia principia immediata operationis sint indifferentia et compossibilia cum opposito existente non potest principium remotum esse incompossibile per connexionem alicuius antecedentis et omnino independentis ab ipsa operatione uoluntatis, sed per connexionem consequentis dependentis ab actuali operatione. at connexio consequentis dependentis ab actuali operatione non obstat libertati ergo etta probatur maior quia connexio antecedentis principij remoti cum operatione non potest esse immediata et per se, cum immediatr et per se non influat in operationem; nec potest esse mediata et per aliud immediatr connexum, q. ponimus omnia principia immediata quae exhibet uoluntati esse indifferentia et compossibilia cum existentia. ergo erit connexio omnino singulis

ac dependens ab actuali operatione. quæ his omnibus possunt respondere ac
damnemus infra cum propositum quæ adversarij congerunt contra libertatem prædestinati ex electione efficaci Dei ad gloriam.

37. Hæc probemus Primo primi palij argumenti videlicet intentionem efficacem gloriæ ante merita absoluta attemperatam scientiæ conditionali meritorum relinquere omnia principia immediata indifferentia quod ostendit Manifeste Monstran do eam voluntatem efficacem nullam ex se habere causalitatem actuum immediatorum vi meritorum præmia, nec alias superaddere auxilijs indifferentibus præterea quæ ipsa auxilia indifferentia præmia sunt habitura per scientiam conditionatam. Id quod tribuit Anselmus lib de concordia c. 2. reddens causam quare opera prædestinata a Deo liberè fiant Licet aliter non possint fieri his verbis, non enim ea Deus quæ minus prædestinat facit aut voluntatem cogendo aut voluntati resistendo, sed in sua illam potestate dimittendo. Hæc: asserit Anselmus Dei prædestinatio nem non cogere voluntatem humanam, licet opera prædestinati intrinsecum complementum prædestinationis non possint non esse, quia ea Deus licet prædestinat non facit, quod est idem ac dicere, quia non est prædestinationis causa simpliciter illorum. Quod expressit c. 2. his verbis Pariter igitur quamvis necesse sit fieri quæ præscivit et prædestinavit, quædam tamen præscita et prædestinata non evenirent ea necessitate qua præcedit res et facit, sed ea quæ res sequitur. Vbi proponens difficultatem præsentem explicat illam dicens ideo opera prædestinata non fieri necessario quia eius non possint non fieri, quia nec præscientia nec prædestinatio præcedit ea opera ut causa quæ illa faciat; et mox subjungit prædestinationem non inducere majorem necessitatem quam scientia ex eadem principio hi verbis. Patet igitur ex iis quæ dicta sunt liberè considerentur, quia nec prædestinatio excludit liberum arbitrium, nec liberum arbitrium adeam rationem prædestinationi; sequitur omnia illa quibus superius monstravimus liberum arbitrium præscientiæ non repugnare, pariter ostendunt

Illum

illuy prædestinationi concordare. ostenderat auctor Anselmus toto c. 1. necessitatem ortam ex præscientia Dei non pugnare cum libertate, quia præscientia non est causa aquas physicè fiat operatio voluntatis. Idem D. Bonaventura tri. 1. dist. 40. quærens an prædestinatio inferat salutis necessitatem et respondens non verbis his verbis, quia prædestinatio non est causa salutis nisi includendo merita præscita, et ita salvando liberum arbitrium. Igitur electio efficax ad gloriam attemperata scientiæ conditionali meritorum nullam habet causalitatem immediatam ut merita præscia, ut non habet ipsa scientia, præterea quas habent auxilia indifferentia, quæ prædestinato præparat.

38 Secundo id ostenditur ratione. absoluta et efficax intentio gloriæ attemperata scientiæ conditionatæ habuit obtinere gloriam per ea auxilia gratiæ et media quibus præcidit infallibiliter obtinenda nullam illis superadditam causalitatem et efficaciam. at præcidit infallibiliter obtinenda gloriam per auxilia gratiæ et media immediata omninò indifferentia nullam illis superadditam causalitatem et efficaciam. ergo auxilia gratiæ et media immediata manent post intentionem efficacem gloriæ attemperatam scientiæ conditionatæ omninò indifferentia nullam illis superadditam causalitatem et efficaciam immediatam. Consequentia manifesta est quia voluntas efficax Dei consequitur effectum eo modo quo illum habuit efficaciter obtinere, alioquin non habuit efficaciter obtinere gloriam per media solum indifferentia nullam illis superadditam causalitatem et efficaciam immediatam, media relinqui debent omninò indifferentia nullam eis superadditam causalitatem et efficaciam immediatam. minor nempe non potest, quia modo de facto prædestinatus consequitur gloriam per media immediata omninò indifferentia. ergo præcidit Deus obtinendam gloriam prædestinato eam quo exhiberentur illi media ea indifferentia, quamuis eis nulla superadderetur causalitas et efficacia immediata. Probatur major videlicet Deum potuisse decernere absoluta et efficaci intentione attemperata scientiæ conditionatæ producere

prædestinatos ad gloriam per auxilia gratiæ et mediata immediata omnino indifferentia nulla illis superaddita causalitate et efficacia immediata, quia Deus providit infallibiliter homines perducendos ad gloriam per auxilia gratiæ omnino indifferentia, quamuis nulla superadderetur causalitas aut efficacia immediata ergo potuit Deus efficaciter statuere perducere homines ad gloriam per media solum indifferentia nulla eis superaddita causalitate efficacia et immediata. Probatur consequentia quia Deus potuit decernere absolute obtinere finem per eas tantum causalitatem, mediorum per quam secura alias prænovit infallibiliter obtinendum. neq; ad efficaciam decreti Dei requiritur influxus immediatus ipsius in merita ut constat indecreto præscientiæ actus voluntatis creatæ per media prædeterminantia, quod non influit immediate in actus sed per media prædeterminantia cuius absq; influxu immediato decreti solo influxu auxiliorum prædeterminantium futurum fit infallibiliter effectus. Sufficit enim ad efficaciam decreti divini ille influxus quo infallibiliter adipiscetur effectus. at intentio gloriæ solo influxu auxiliorum indifferentium in merita absq; influxu immediato ipsius intentionis adipiscetur infallibiliter effectus gloriæ. ergo non requiritur ad eius efficaciam alius influxus immediatus in merita præter illum, quem exhibent secundum se auxilia indifferentia.

39. Quo præoccupato soluto quæ ex dictis duci solent argumento potest huic argumento respondeni videlicet post intentionem efficacem gloriæ non relinqui actus qui in tali conditionato consona erant libertati humanæ, cui in tali absoluto concurrat intentio efficax gloriæ, qui in tali conditionato non concurrebat. quoniam in tali absoluto non concurrit intentio efficax gloriæ, nec quid prius aliud ratione ipsius tanquam principium immediatum meritorium præter ea principia immediata quæ in tali conditionato præsentia sunt, existentibus autem principiis immediatis omnino indifferentibus non potest non existere in voluntate indifferentia et libertas ut argumento probatur est. et

confirmatæ quia intentio quæ non valet adipisci effectu aliter quam ex ui intrinseca et causalitate mediorum absq; additione alterius influxus non potest inducere ineffectu aliaq; necessitatem præter eam quam potest inducere influxus mediorum. at eius conditionis est intentio efficax gloriæ quam nos ponimus, quia supponit per intentionem mediam futuram infallibiliter gloriam ui solæ intrinsecæ auxiliorum indifferentiæ nulla eis superaddita efficacia ergo cum ea media sint congrua libertati non potent intentio necessitatem inferre.

4°. Respondent aduersarij 1°. ebiam si intuitu absoluto influant immediatè in merita sola auxilia indifferentia et ipsa intentio efficax immediatè non influat mutuam tamen libertatem creatam quia tollitur intentione efficaci gloriæ, concursus indifferens voluntatis diuinæ ad posse operandum et peccandum in ultimo instanti uitæ qui immediatè concurrebat intuitu conditionato. Sed contra quia ut ostendemus infra potest componi cum uoluntate absoluta intendentis voluntas executionis conditionata. ergo ebiam concursus indifferens qui non distinguitur a uoluntate conditionata.

4ª. Respondent 2°. ebiam si auxilia gratiæ et concursus generalis exequens quæ immediatè influunt in merita existant omninò indifferentia, implicare tamen ut Deus uelit omnia principia immediata meritorum esse proxime indifferentia, quia Deus intendens gloriam ut coronam præfinit immediatè merita, præfinitio autem immediata meritorum immediatè applicat et determinat actionem omnipotentiæ in merita, at ideo ebiam actionem uoluntatis creatæ quæ indistincta est a actione omnipotentiæ. Sed contra 1°. quia Deus intendens efficaciter gloriam antecedenter potest non præfinire efficaciter ipsa merita, ut intendens pœnitentiam ante peccatum potest non præfinire peccatum. 2° quia ebiam si præfiniat immediatè merita potest non immediatè exequi actionem omnipotentiæ in merita. Hæc duo prius ostendemus infra. ergo possunt manere omnia principia immediata omninò indifferentia.

Alijs argumentis stabilitur nra sententia

42. Tertio stabilitur nostra sententia. quia Deus tribuit auxilia efficacia quibus ex ipsa homines perducit ingloriam praenoscens futuras infallibiliter gloriam si ea auxilia conferantur. ergo ejus potest habere absolute homines in gloriam perducere conferendo ea auxilia. antecedens negari non potest probatur consequentia quia tantus connexionem habet ens cum ente praedestinati complexum scientia conditionata meritorum et gloriae et voluntate absoluta auxilium quantus habet intentio absoluta coronae gloriae. ergo primum potest esse integra libertate praedestinati ejus potest esse secundum; nec quidquam valet asserere illud aggregatum voluntatis auxiliorum et praescientiae conditionatae meritorum non antecedere naturae existentiam absolutam meritorum; quod scientia conditionata non antecedat in Deo voluntatem auxiliorum q. disp. 3. s. 3 satis manifestum relinquimus scientiam conditionatam meritorum dirigere et ponere voluntatem absolutam Dei ad collationem auxiliorum efficacium. nec etiam si dicas 2° hoc complexum nonesse principium proximum meritorum ut est intentio absoluta gloriae quia ita videmus 2. et videbimus infra nec decretum gloriae esse principium proximum meritorum nec connexionem habere aut proximitatem efficacem immediatam illorum.

Confirmatur si Deus mihi infundat scientiam conditionatam qua praenoscam Petrum infallibiliter mihi concessurum librum si petam quis neget posse me absolute velle habere librum Petri petendo illum illa via omnino libertate Petri quamvis posita ea voluntate regulata per scientiam infusam conditionatam nonpotest Petrus nonconcedere librum et nonest impotentia Petri mehabere voluntatem illam. ergo similiter Deus praevidens hominem consequturum coronam gloriae sinecessitate hujus vocationis indifferentibus potest illam hominis libertate velle absolute hominem coronam gloriae. antecedens videmus d. 3. sect. 3. consequentia constat aparitate rationis, eodem modo confirmatur argumentum

Sihomo ex iudicio conjecturali seu vero conscientiae condicionato Petri decernat efficaciter habere librum, petendo illum a Petro, tunc enim se linquitur integra libertas Petri etiam si illud iudicium verum in scientia adversarium sit essentialiter verum alias: ideo intentio absoluta libri regulata ex illo iudicio (quod vi sententiae adversarium essentialiter supponit intentio) non potest nocere alias: largitione libri.

43. Quarto probatur quia Deus potest efficaciter decernere finem consequendum actione agentis naturae sic relinquendo media omnino immutata. ergo etiam finem consequendum actione agentis liberi. nam Deus potest efficaciter decernere finem consequendum operam agentis liberi relinquendo media omnino immutata quia praevidet modo naturali omnino immutato consequendum finem. sed similiter praevidet media indifferentia efficacia ad consequendum finem agentis liberi etiam si non immutentur. ergo similiter etc. Quod enim finis consequendus sit voluntate libera alterius nihil obest quominus possit absolute decerni quando certo scitur alterius voluntates non defecturas. ut ego possum absolute decernere movere manum, peccatorum paenitere, sacramenta conficere, quamvis haec opera pendeant a voluntate libera Dei quoniam certo scio voluntates Dei non defecturas: sed multo certius scit Deus non defecturas hominis voluntates si conferat suas auxilia indifferentia. ergo potest Deus absolute velle finem pendentem a voluntate libera hominis.

45. Quinto Deus potest absolute promittere finem consequendum actione liberam. ergo etiam potest illum absolute decernere. tum quia promissio divina habet tantam connexionem cum effectu, quantam habet decretum; tum quia promissio absoluta continet essentialiter decretum absolutum de re promissa; antecedens probatur ex Ezechi. 36. 27. Spiritum meum ponam in medio vestri et faciam ut in praeceptis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis eaque operemini. quem locum expendens Augustinus de praed. Sanctorum c. 11. ait attendite.

fratres et videbitis Deum illas promittere facturum se ut faciant quae jubet ut fiant. Idq; probat Augustinus aliis in locis de fide gentium promissa Abrahamo. ratione q; probatur quia possumus rogare de re existentiam absolutam finis consequendi opera agentis liberi ut absolute et ex ipsa largitate amico et fratri coronam gloriae. ergo Deus annuens nostris votis potuit absolute promittere eum finem. consequentia probatur quia si Deus non potuit absolute promittere finem quem nos rogamus ut absolute exequatur, certe valde limitata esset ipsa ejus largitas divina ut pote quae non posset plurima hominis vota suscipere, nec horum plurimis eius precibus annuere, nec maxima omnium bona quae ad salutem efficaciter consequendam pertinent promissione sua absoluta obligare.

45. Sexto denique quia maxima videtur imperfectio voluntatis Dei non posse absolute decernere consequendum actionem agentis liberi nisi dempta omnino eius libertate praevidente Deo media efficacia ad illius consequendam illius libertatem; Utique maxima imperfectio omnipotentiae divinae non posse immediate producere actum liberum nisi dempta hominis libertate ut existimavit Pelagius et Durandus in sententias pluries theologum. Saltem major apprehendi haec perfectio voluntatis divinae ubi potuit absolute et efficaciter decernere quemcumq; finem honestum ejus comparandum actionem agentis liberi ergo talis praedicanda est voluntas divina. quo respexit Augustinus de correct. et gra c. 14. sic praedicans perfectam voluntatis divinae potestatem et efficaciam, Volenti Deo salvum facere nullum resistit arbitrium, sic enim nulle et nolle invotens est potestate ut divina voluntatem non impediat neq; superet potestatem. mox q; subdit non est dubitandum voluntati Dei qui omnia ejus quae futura sunt facit voluntatem creatam non posse resistere, quando quidem ejus ipsis voluntatibus facit ipse quod vult, et cum vult facit. expressius in enchirid. c. 96. facile est Deo quod vult facere, hoc nisi

niri credamus peridebatur fidei initium obhoc enim vocata omnipotens quia quid quid vult potest, nec voluntate cuiuspiam Creaturae voluntatis omnipotentis impediri effectus. et cap. 20 x. Omnipotens voluntas tempore irruitas est, omnia quaecumq; vult facit. igitur si non ponet Deus obtinere gloriam ut coronam, vellet illam absolute quia destrueret libertatem mentis esset omnipotentia voluntatis divinae; ut esset si ratio non efficeret actus liberum efficiente illam voluntate humana. nec valet respondere non esse capacem actus liberum eius intentionis efficacis, quia eodem modo posset responderi Deum non concurrere immediate ad actus liberum quia non est capax concursus divini quod a Deo immediate concurrente ullatus libertas voluntatis. ergo sicut ex eo quod sit capax concursus humani esset imperfectio omnipotentiae non posse efficere immediate actus liberum; sic erit imperfectio voluntatis divinae non posse absolute decernere honestissimum finem quem sibi potest praefigere voluntas humana. accedit his omnibus probationibus omnium efficacissima quae deducitur ex praedictis testimoniis Sacrae Scripturae et Patrum quae probant Nos duos posse libere sed ehic existentes intentionem efficacem gloriae ante merita. et pronunciari possunt apud auctores pro nostra sententia relatos sed praecipue apud P. Dyonis. Petavium tom. 1. lib. 9. c. 1. 2. 3. et 4.

Objicitur contra nostram sententiam eversio Libertatis

46. Validissimum omnium contra nostram sententiam argumentum ino unicum quo recentiores illam proxime rejiciunt in hunc modum contendit. Petrus de facto praedestinatus est simpliciter liber ad obtinendam eternam gloriam, sed ante merita fuisset electus a Deo efficaciter ad gloriam non esset simpliciter liber ad obtinendam et aeternam gloriam. ergo Petrus non potest esse electus a Deo efficaciter ad gloriam ante merita praevisa. Consequentia legitima est. maior constat

ex sacra scriptura. pro minoris probatione supponamus Petrum pre
destinatum et iustum urgeri in ultimo instanti vite tentatione moventem
illum ad lethalitr peccandum. hunc sic argumentor ut Petrus sit liber
ad amittendam gloriam requisitum quod in ultimo instanti vite prout
est sub vocatione absolute existenti habeat potentiam completam ad
consequutionem et amissionem gloriae. Sed si fuisset praedicto modo ele
ctus ad gloriam licet in ultimo instanti vite prout est sub vocatione abso
lute existenti haberet potentiam completam ad consequendam gloriam et
tamen ad illam amittendam, aliqui haberet bene potentiam ad con
sequendam amissionem gloriae cum ea vocatione et consequenti cum efficaci
intentione gloriae quam ea vocatio supponeret, alias ideo ulterius ad suum
finem omnino intentionem efficacem Dei. ergo Deus non potest elige
re Petrum efficaciter ad gloriam ante merita praevisa. Explicatur ar
gumentum absolute et simpliciter non est impotentia praedestinati quod po
natur in Deo intentio efficax gloriae, neg: quod illa ponatur seu incon
sue componitur illum amittat gloriam ergo cum ea intentione efficaci gloriae
non componitur potestas simplicitr ad amittendam gloriam. Consequentia
videtur. eadem quae sit contra Thomisticas et Scoticas intentiones gloriae.
antecedens quoad priorem partem probatur quia ante intentionem efficacem
gloriae totum praecedit in praedestinato consensum subcondition futurum; hic
autem nullam in vocatione meritum aut impetrationis habet vim movendi deum
ut eligat homines efficaciter ad gloriam ut contra Massilienses docet Jan
senius lib. 1. de praedest. C. IX et 13 ergo absolute non est im
potentia praedestinati quod ponatur in Deo intentio efficax gloriae. ante
cedens quoad posteriorem partem probatur, quia imposita ea intentione effi
caci posset praedestinatus amittere gloriam etiam posset componere amissio
nem gloriae cum tali intentione, ac per consequens illam finaliter. ergo
supposita ea intentione non est in potestate praedestinati amittere glo
riam

47. Hoc argumentum adducit P. Abig: negotio soluendo.

negabat enim Petrus in ultimo instanti vitæ vtens subuocabili absolute existenti non habebat simplicitè potentiam completam ad amittendam gloriam, nam potentia completa simplicitè coalescit solum ex principijs proximis quibus Petrus potest tentationi resistere vt probauimus an°. 30. potentia autem quæ ideo euentu coalescit ex principijs proximis potest simplicitè componi cum amissione gloriæ, quia principia proxima sunt omninò indifferentia et eadem proxime quæ præcisa sunt per seipsa non condicionata componibilia cum illa vt ostendimus an° 38. alg: ideo Petrus prædestinatus in ultimo instanti vitæ habet potentiam simplicitè ad amittendam gloriam, hoc est potentiam secundum principia proxima, ac per consequens simplicitè libertatem, quamuis non habeat potentiam secundum quid, hoc est secundum principia remota, siue radicalia siue secundum quod principia proxima conferuntur ex intentione efficaci Dei, quæ solum est principium remotum; quod accedit in illa quod vulgariter dicitur habere potestatem simplicitè antecedentem, quamuis non habeat potestatem antecedentem secundum quid, nam vt vidimus n°. 35. potestas et suppositio simplicitè antecedens est sola quæ componitur ex principijs proximis non autem ex remotis.

48. Ad hæc ad confirmationem respondetur positione intentionis efficacis gloriæ non esse in potestate prædestinati positiuè, ita vt prædestinatus per consensum condicionatum ponit mereri aut impetrare a Deo talem intentionem quod solum conuenit ex auctoritate Augustini: attamen positione eius intentionis esse in potestate simplicitè prædestinati negatiuè, ita vt in eius potestate sit simplicitè facere quod non ponatur ea intentio efficax gloriæ: in eius enim potestate absolutè et simplicitè est facere vt non sit consensus absolutus, alg: ideo ebay vt non fuerit condicionatus, nam secus non fuisset consensus condicionatus, sposita absolutè condicione non esset consensus absolutus, ac per consequens ebay est in potestate prædestinati absolutè et simplicitè vt non fuerit intentio efficax quæ euentualitè pendet a beneplacito

condicionata.

49. Praeterea urgebatur hoc argumentum contra P. Henrice in speciali intentione gloriae praedestinationem propriae quam impugnamus sect. 3. contra Vazq. Lessium, Montem et alios immutabilitate divina conferente auxilia efficacia praecedente existentia condicionata futuri boni perseverantia finali et gloria. Contra omnes recentiores immutabilitate creata eligente media efficacia ad finem consequendum libertate ad tempus regulata existentia in sua condicionata, aut adquirita conditionali conventu alterius degus inde an° 41. et dis. 3.

50. Nihilominus nostra solutio variis potest argumentis urgeri. Primo quia si posset praedestinatus conjungere amissionem gloriae cum vocatione ut absolute existenti quae est principium proximum operandi, etiam posset conjungere amissionem gloriae cum intentione efficaci Dei, quod catholice admitti non potest. ergo in eum hu argumenti non potest praedestinatus conjungere amissionem gloriae cum principio proximo operandi. Probatur antecedens vocatio ut absolute existens supponit intentionem efficacem gloriae antecedentem in signo priori naturae tanquam causam ipsius vocationis proximam quidem si intentio non distinguatur ab electione, remota vero si distinguatur. ergo si potest conjungere amissionem gloriae cum vocatione absolute existenti, poterit etiam cum ipsa intentione gloriae antecedenti vocationem.

51. Respondeo praedestinatus non posse conjungere amissionem gloriae cum vocatione absolute existenti in sensu composito intentionis efficacis gloriae, atq. ideo non posse conjungere amissionem gloriae cum intentione efficaci gloriae: Caeterum posse conjungere amissionem gloriae cum vocatione secundum se considerata et seorsim ab intentione efficaci Dei quo pacto est principium proximum operandi, atq. ideo integram manere libertatem praedestinati; nam sic potestas proxima operandi manet omnino indifferens et compatibilis cum amissione gloriae. sensus enim compositus intentionis efficacis non est suppositio

alicuius principij proximi et simplicis antecedentis, sed tantum principij antecedentis secundum quid, et simplicis consequentis. Siquidem ut cuidam mihi fuit simplicis in potestate praedeterminari non operari absolute concursum alicuius Dei non fuisse in Deo scientiam conditionatam conjecturae, idq. circa intentionem efficacem gloriae. Adde objectionem istam ebam probare contra communem sententiam posse praedeterminari conjunctionem amissionem gloriae cum scientia conditionata ipsius gloriae antecedenti voluntatem vocationis cum qua potest praedeterminari amissionem gloriae conjungere.

§2. Respectu 2. nostra solutio.

Petrus ingressus carcerem in ultimo instanti vitae sub vocatione absolute existenti non haberet concursum generalem Dei ad peccandum. ergo non esset completa potentia etiam secundum principia proxima ad amittendam gloriam, nam ingressus non potest amittere gloriam nisi per peccatum, potentia autem ad peccandum non potest esse proxima et completa absq. concursu generali Dei. antecedens probatur quia Deus numquam praebet voluntati suum concursum nisi praeviden vocationem absolute existentem et cetera requisita ex parte potentiae ut pendentia a suis causis. At Deus praeviden vocationem absolute existentem ut pendentem a suis causis non potest offerre concursum ad peccandum, quia praeviden vocationem absolute existentem praeviderit intentionem existentem efficacem gloriae, quam vocatio supponit: praeviden autem antecedentem intentionem efficacem gloriae non posset offerre suum concursum ad peccandum in ultimo instanti vitae, quia offerret concursum ad effectum impossibilem: impossibile enim est peccatum in ultimo instanti vitae ex suppositione antecedentis intentionis efficacis gloriae, alioquin esset possibile conjungi peccatum in ultimo instanti vitae, cum intentione efficaci gloriae. ergo Deus non potest in eo instanti offerre voluntati concursum generalem ad peccandum.

§3. In primis haec argumentatio patitur ista tantum in communi sententia adversariorum, ad mittendum vocationem efficacem et concursum indifferentem ad resistendum tentationi in ultimo

instanti vltra præparari prædestinato ex præscientia conditionata ve
ritentia et perseuerantia finali; nay tam impossibile est peccatu vlro
instanti post uocatione excitantes et præuisione conditionatay perseueran
tia quay post intentione efficacey gloriæ. Ite patitur instantiay in
singulari sententia recentiorum nobis aduersantium charitatis posse
Deus præfinire efficaciti achu penitentiæ ante peccatu præuisu, quim
co ipso teneatur ille determinate et determinabile peccatu, sed tantu uolun
tate indifferentes et permissiua perquay præuisu est perseuantiay condi
tionatay futurey, ergo per præfinitione efficacey demattu penitentiæ libertatis
quia tay impossibile est nonesse peccatu post præfinitione efficacey penitentia
tia diay non libere, quay esse peccatu in ultimo instanti vltra post in
tentione efficacey gloriæ. ergo sicut potest Deus præparare concursu
indifferentes ad non peccandu post præfinitione efficacey penitentiæ, ita
potest præparare concursu indifferentes ad peccandu post intentione
efficacey gloriæ.

Ad 4. Ido argumento negatur antecedens uidelicet Deus
intendentes efficaciti gloriay ante merita non posse offendere Petru in ul
timo instanti vltra concursu generale ad peccandu, quando quidem Deus
ea intentione decreuit consequi gloriay prædestinati peccandi. Minus
concursu pergunt præuidit consequenday perseuantiay conditionatay, ni
mirum perseuerante uoluntate prædestinati libera non solu libertate
contradictionis sed etiay contrarietatis. Vnde ad probatione respondeo
Deus etiay præuidentes intentione efficacey gloriæ præparare posse con
cursu ad peccandu, quia Deus non intendit gloriay utcumq;, sed con
sequenday liberæ libertate contradictionis et contrarietatis, alioquin ido ne
deo concursu ad peccandu ablato in ultimo instanti vltra. nec hoc appa
ret impossibile, siquidem peccatu etiay post intentione efficacey Dei non
est impossibile impotentia antecedenti et simplicitr, sed tantu impotentia
consequenti et secundu quid ut uidimus. Concursus enim qui ex
liberte ad peccandu post intentione efficacey gloriæ non offendit ad peccandu

vniuersus composito intentionis efficacis gloriæ, sed ad peccandum secundum aliam intentionem. Quemadmodum qui exhibebat intentionem contrariam ad non peccandum post intentionem pœnitendi et ad peccandum post vocationem absolutè existentem et vicinam conditionatam perseuerantiæ siue creatam siue increatam.

§§. Respondeo .N. ipsi peccatum ad quod impellit tentationem præordinatus in ultimo instanti vitæ est contra præceptum affirmatiuum non requirebat alium concursum ad peccandum quam ille quem Deus exhibet ad actum præcepti liberè agendum, quia eo ipso potest simpliciter voluntas creata præmittere actum præcepti et peccare. Si vero est contra præceptum negatiuum potest Deus offerre concursum indifferentem ad peccandum independentè a vocatione efficaci, qua consentit ad resistendum existentiæ efficaci gloriæ nempe dependentè a vocatione sufficienti quæ procedat ex intentione generali gloriæ, aut etiam antecedentè ad omnem vocationem, nam concursus iste generalis est voluntas concurrendi ad peccatum, cui voluntas creata paratus omnibus requisitis ledetur mina uerit: hanc autem voluntatem potest Deus habere antequam præuideat ullam vocationem antecedentem ut constat ex dict.

§6. Respondeo .3. Deus præuidens posse vocationem vtrique ipsa immediatè existentem quam ea præuisione indicata determinate existentis præfinitionem gloriæ aqua vocatio procedit; cui autem Deus negulatè præparationem concursus ex præuisione immediata vocationis existentis præparare potest concursum indifferentem ad peccandum, quando quidem integrum obiectum illius præuisionis est indifferens et compossibile cum peccato. Deus enim vocationem ad perseuerandum præuidet existentem hic in intentione efficaci gloriæ et electione directa ipsius vocationis, hic vtique immediatè. at licet prior cognitio non possit non præuidere existentem intentionem efficacem gloriæ, tamen potest non præuidere posteriorem, quia vocatio vtique existens non habet connexionem cum intentione efficaci gloriæ

determinatè existentiã, præuio autem immediata uocationis existen
tiæ ut perfecta sit sufficit illa tantum cognoscere determinatè existen
tiã cum quibus uocatio connexionem habet determinatam, alias ideo tan
tum cognoscere uocationem talis efficaciæ suapte naturæ portendantem has
uel illas causas aquibus pendeat copacto quo cognoscendæ uocationi ca
rum quo existentiõne efficaci gloriæ non procederet. Vnde præuio im
mediata uocationis nec attingit existentem determinatè intentionem glo
riæ nec cogit Deum ad præparandum concursum ad obtinendum præ
cepti ea aui cui potestate absoluta non potuit retrahi uti uoluit adimplendi.
Vrgetur 3. præfa
57. ta solutio ad existentiam tentationis in ultimo instanti uitæ nonest pre
uia in instanti conditionato concurrere immediatè præfinitio efficax
eius existentiæ. at post intentionem efficacem gloriæ concurrit in tali ab
soluto immediatè et proximè præfinitio efficax eius existentiæ, quæ
cetanio connectitur cum intentione gloriæ. ergo in instanti absoluto sunt
alia principia immediata ac proxima ualentia cuertere libertatem, qua
non erant in instanti conditionato. Huic argumento duo respondeo. 1.
ponit Deum intendere efficaciter gloriam ante meritum quem præfinit
efficaciter meritum et existentiam tentationis in ultimo instanti uitæ.
Secundum præfinitionem efficacem eius existentiæ et cuius alterius
operationis liberæ non est principium exequens et immediatum opera
tionis, sed tantum removens ac perconsequens intentionem efficacem gloriæ
non immutant principia immediata et proxima quæ præmissa sunt
in instanti conditionato. Vtrumq; principium ostendamus d. 6.
Vrgetur 4. nonest
58. impotestate proxima uoluntatis neg. physica neg. morali dissentire
omnibus auxiliis quæ continentur in omnipotentia Dei. ergo non
est in potestate uoluntatis neg. physica neg. morali impedire intentio
nem efficacem Dei ac perconsequens intentionem efficacem Dei tollitur
libertas moralis et physica iuxta ea quæ dicebantur supra.

antecedens sæpius docuimus, consequentia probatur quia intentio efficax Dei non potest impediri nisi dissentiente voluntate omnipotentis auxilijs. nam cujus quod impossibile sit unicum auxilium quo Deus obtineat consensum voluntatis in ultimo instanti vitæ potuit efficaciter præfinire gloriam ante meritum. ergo ut impediatur Deus a præfinienda gloria non sufficit dissentire his aut illis auxilijs sed omnibus.

59. Respondeo. 1°. hac ratione non improbari posibile præfinitionem efficacem Dei gloriæ allegatis auxilijs determinatis vide licet qua Deus statuat absolute producere hominem in gloria post hæc determinata auxilia quæ præmissa sunt operaturus si dentur; nam his determinatis auxilijs potest voluntas creata dissentire etiam moraliter; dissentiente autem voluntate creata non potest divina ea intentione præfinire efficaciter gloriam. Respondeo. 2°. nec improbari præfinitionem gloriæ nullis allegatis vocationibus ordinarijs, nam ut homo possit præfinitionem efficacem Dei impedire non est opus existere omnibus vocationibus, sed tantum efficacibus pergunt solas præfinitæ efficaciter gloriam; vocationes autem efficaces ordinarie sunt tot, tales, ac tantæ ut non possit ejus voluntas creata etiam potestate morali dissentire. Respondeo. 3°. etiam si Deus præfiniret gloriam sub disjunctione omnium vocationum efficacium quæ continentur intra omnipotentiam, ad hoc dissentiente voluntate creata, unam vocationem efficacem quæ de facto conferetur ad superandam tentationem in ultimo instanti vitæ, foret ut impediret omnino præfinitionem efficacem gloriæ, quia Deus non præfinit gloriam per vocationem efficacem sub disjunctione successiva, siquidem quæ cumq; vocationi efficaci videt secutum consensum effectu, sed sub disjunctione divisa, hoc est nonvult effectu per hanc vocationem efficacem aut per illam ita ut non operante voluntate per hanc, operetur per illam; sed ita ut existente vocatione hac operetur voluntas absolute per hanc, aut hac vocatione non existente sed illa operetur absolute

per illas. Vnde si huic vocationi excitanti dissentiret voluntas non praefiniret Deus effectu sub disjunctione huius vocationis, aeque consequens repugnaret intentio praefiniens gloriam per hanc vocationem efficacem aut per omnes alias possibiles sub disjunctione. Atque plures ex dictis rationes patent fieri adversus doctrinam quam conciliamus libertati praedestinationi cum intentione efficaci gloriae quas indisputatis sequentes reservamus, ubi contra praefinitionem efficacem meritorum aequa ibi agendum est efficacius urgebuntur.

Objicitur contra nostram sententiam repugnantia intentionis absolutae cum voluntate conditionata gloriae.

60. Secundo disputant contra nostras sententias nobiles recentiores in hunc modum. Deus praefinit omnibus hominibus gloriam aut poenas ante merita et demerita voluntate conditionata et indifferenti. ergo non potest praefinire determinate gloriam aut poenas ante merita aut demerita voluntate absoluta et determinata. probatur consequentia amor absolutus et efficax unius objecti est odium efficax saltem virtuale de contradictorio sui objecti, exempli gratia amor efficax gloriae est odium efficax carentiae gloriae. Sed odium efficax carentiae gloriae et praefinitae conditionatae eiusdem carentiae opponuntur inter se. ergo ubi opponuntur amor efficax gloriae et praefinita conditionata carentia gloriae seu damnationis aeternae. probatur minor, quia odium efficax carentiae gloriae includit in praefinitione gloriae reddita Deus simpliciter nolens carentiam gloriae et conditionem de meritorum subqua praedestinatus primam gloriam, per voluntatem autem conditionatam damnationem reddit Deus simpliciter nolens carentiam gloriae sub conditione de meritorum quibus ea voluntate dat locum.

at Deus

at Deus sua simplicitate volendo, et simplicitate nolendo carentiam gloriæ sub conditione demeritorum sunt contradictoria. ergo etc. Hinc itaque non adversarij provocant ad concilianday libertatem cum absoluta præfinitione gloriæ, nay præfinitio absoluta gloriæ cum sit efficax nolitio carentiæ gloriæ vt impedimentum efficax talis carentiæ. ergo cum præfinitione efficaci gloriæ non potest esse expedita et libera voluntas prædestinati ad amittendam gloriam.

64. Hoc tamen argumentum facile refelli ostendamus non opponi inter præfinitionem absolutam et conditionatam eius dem objecti vtrum opponuntur scientia conditionata et absoluta. nay præfinitio existentiæ rei dependentis a conditione non volita efficaciter sed ineffaciter permittam et præfinitio eius dem existentiæ dependentis a conditione volita efficaciter pendent non opponuntur inter se. at prior voluntas vt conditionata, posterior absoluta de quibus disputamus. ergo præfinitio conditionata et absoluta eius dem objecti non opponuntur inter se. Minor et consequentia constant. maior probatur quia actus voluntatis mutuantur contradictionem ex objecto; objecta autem harum præfinitionum contradictoria non sunt, nay vtraq; præfinitio appetit eandem existentiam rei dependentis a eadem conditione, hoc tantum discrimine quod præfinitio absoluta simul cum existentia rei appetit efficaciter existentiam conditionis; conditionata vero non appetit efficaciter conditionem nec eius carentiam. ergo nullam possunt habere contradictionem præfinitio absoluta et conditionata.

65. Respondent præfinitionem conditionatam gloriæ non dari nolle existentiam gloriæ sed actum eius carentiam, aut saltem dare locum carentiæ, cui non dat locum præfinitio absoluta. Sed quid inde vt hic actus opponantur inter se? quod enim alter det locum carentiæ objecti alter non det locum nullam inactus oppositionem inducit. affectus enim efficax et ineffax cohærent simul mutuo in eadem objecti, ut apud omnes indubitatum est

affectus aubet efficax nondat locum carentiæ objecti, cui dat locum affectus inefficax. ita unguntur in eodem intellectu iudicium certum et probabile, certum et incertum, quorum alterum dat locum formidini, cui alterum nondat locum. aprioni est ratio quia non opponuntur unus affectus cum alio quod unus maiorem habeat connexionem cum objecto quam alius; plura enim principia conueniunt in eundem effectum in aequalitate connexionis cum illo ut uidere est in uoluntate et habitibus, intellectu et specie et pluribus aliis. atqui unus affectus comparatus cum carentia objecti datiui non comparatus solum arguit maiorem connexionem unius cum affectu quam alterius. ergo ex hoc capite non opponuntur affectus absolutus et conditionatus.

63. Deinde non obstante oppositione quod præfinitio conditionata gloriæ ferat in carentiam gloriæ in quam non ferat absoluta. nam conditionata ferat in carentiam gloriæ dependentem ad demeritum non præfiniendo demerita sed debitando; absoluta uero ferat in gloriam præfiniendo merita. at nulla gloria dependens a meritis præfinitis, et carentia dependens ad demeritum non præfinitum contradictoria non sunt, ut carnere est in primam uoluntate conditionata quæ ferat simul in gloriam et eius carentiam sub conditionibus diuersis: ita in uoluntate conditionata gloriæ antecedente merita et uoluntate absoluta eiusdem gloriæ subsequente merita. ergo nec ex hoc capite opponuntur inter se præfinitio absoluta et conditionata gloriæ. Addo præfinitio conditionata ferat in carentiam objecti solum inefficacitur, absoluta uero efficaciter. atqui amet affectus efficax unius objecti cum affectu inefficaci contradictorio ut communiter ostenditur ex projiciente merces in mare. ergo etc.

64. Vnde respondetur argumento nullatenus esse contradictoria Deum uelle gloriam absolute uolendo absolute merita et uelle conditionate gloriam uolendo conditionate merita. Similiter nolle absolute carentiam gloriæ, nollendo

nolendo demerita, et nulla conditionatè gloriæ exoptando merita. præsertim si primus velit gloriæ conditionatæ, et deinde præfiniat eam dej absolutè. Ad corolarium de libertate respondeo præfinitionem efficacem gloriæ nonesse impedimentum antecedens sed consequens ad obtinendum gloriæ, imo nonesse impedimentum simplicitè sed secundum quid ut diximus s.a de impotentia ad amittendam gloriæ.

~ Reliqua argumenta soluuntur ~

65. 1° Innumera sunt argumenta quibus aduersarij petunt nostras sententias. Tertius conficiunt quia opponunt infra interdictionem liberalis gloriæ et exequutionis onerosæ iustitiæ. Quartus quia merita causant præmium gloriæ moraliter et non physicè, atqui solus ut præmia mouendo præmiantes ad liberam largitionem gloriæ. Quintus quia in Deo ordo intentionis internæ, remotæ ex ordine exequutionis externæ ordinem diuinæ autem exequutionis externæ priorem sunt merita quam gloria Sextus quia cuilibet decreto libero Dei respondet ad extra penitentiæ mutatio creata, intentioni autem gloriæ antecedenti merita nulla respondet mutatio distincta uoluntate exequenti eiusdem gloriæ sub sequenti merita. Postremus quia ea intentio efficax gloriæ erit contra profectum modum prouidentiæ diuinæ utpote qua prouenit homines in medio periculo fugere, et omnia flagitia labendo relinquere. nam si electi sunt quid quid male agant tandem producentur in gloriam: si autem non sunt electi quid quid bene agant, tandem interdicetur eis ad ullam gloriæ.

66. Hæc tamen argumenta breuiter dilui possunt ex dictis. ad 3. enim sat dictum est disp. 1. sect. 7. assert. 3 et 4. ad 4. constat ex disp. 1. sect. 7 assert. 3. ubi docuimus nonesse contra causalitatem moralem meritorum præmiorum conferri ipsa intentione efficaci præmij antecedenti merita. Addo et posse conferri uoluntate exequenti distincta quæ merita subsequatur

ut docúmus ibidem asserit S. Prosper g: argumentum vniuolúntate con
dicionata gloriæ antecedenti meritum quæ post merita habet rem gloriæ
tantum connexionem quantum habet intentio absoluta. Ad 5. constat
ex dict. l. sect. 3. ubi probauimus fuisse nonnullum mihi ordinem inter
rem aliquam intellectam et uolúntatem diuinam præordinem externum objectum.
cuius rei intentio etiam potuit fieri in ipsa intentione gloriæ conditionata
quæ antecedit uolúntatem meritorum quæ sunt in executione externa prio
ra quam gloria. Ad 6 respondetur ex tota dict. l. ubi ad omnia dicenda
in hac materia præmisimus distinctionem decretorum Dei nonnullum sumendum
ex mutatione reali creaturarum. id quod etiam ostendebat instantia uolun
tatis conditionatæ gloriæ cum realitate distincta a uolúntate exequenti eius
dem gloriæ. Addo in mea sententia asserente uolúntatem intendentem glo
riæ cui potest exequentem eiusdem, optime definitum mutationem creatam respon
dentem intentioni efficaci gloriæ antecedenti meriti, videlicet existentiam
ipsius gloriæ quæ respondet uolúntati exequenti.

67.

Ad vltimum respondetur
eodem modo urgeri argumentum in sententia contraria; nam ut nos in eo ordi
ne rerum in quo Deus præuidit peccatum conditionatum me perducendum
ad vitam æternam, ut nonnos; sic ipsum in eo ordine non ponunt non salua
re; sic nonnum in eo ordine non possunt non damnare. Frustra ergo incumbam
studio virtutis. Quare absolute dicendum argumentationem esse nullam, quia
nec Deus præuidit me saluandum, nec efficaciter intendit mihi præmenda
et labores, atque ideirco meritis et laboribus incumbendum est ut valeam obtinere;
nec præuidit me damnandum aut me deserturum nisi propter demerita et
obices; atque ideirco ademptis et obicibus vacandum est. Ita respondit Prosper
V. vocatis gent. c. vlt. alias penultimo hæreticis aduersus doctrinam
Augustini et Prosperi confictam has idem argumentum. Quamuis ergo
quod habuit Deus nullam potuit rationem non præmi, studia tamen non to
llunda curandi, nec per electionis propositum liberi arbitrii studium relaxa
tum cum implenda uolúntatis Dei ita sit præordinandum effectus. Hac

Prosper, qua variis argumentis confirmat, ut appareat quale sit hoc argumentum quod adamus doctrinae catholicae haereticae familiare etc.

68. Evadit manifestum intentionem efficacem gloriae ante meritum nullatenus repugnare etiam supposito ijs quae certa habemus ex fide. id quod firmius constabit disp sequenti, ubi ostendamus nec intentionem efficacem gloriae habere connexionem cum praefinitione efficaci meritorum, nec praefinitionem efficacem meritorum derogare ullo privilegio naturae et gratiae. Nunc restabant duo explicanda. Primum qualis sit possibilis intentio efficax gloriae ante meritum. Secundum an ea aut talis necessario sit ad praedestinationem. De primo agemus sect. sequenti. de 2° sect. 8.

Sectio 7ª. Qualis sit possibilis intentio efficax gloriae ante meritum posita?

69. Dubitatio est 1°. an intentio efficax gloriae possibilis ante meritum sit necessario distincta ex natura rei a praedestinatione efficaci medicinali per quam obtinetur gloria? 2°. an sit necessario distincta auo lumtate ab exequenti gloriam post meritum? 3°. an in numero aliqui indubitabili possit peragi totus negotium praedestinationis, praesertim si intercesserit peccatum? 4. an ea intentio efficax praefiniat gloriam ut coronam, an tantum gloriam secundum se praescindendo a circumstantia coronae? Relege quae diximus disp 1. sect. 7 et 8 et ex illis haec facile erui possunt.

70. Assero igitur 1°. possibilis est intentio efficax gloriae ante meritum quae ex natura rei sit distincta a praedestinatione efficaci medicinali per quam nunc obtinetur gloria. Item possibilis est quae ab eadem praedestinatione indistincta sit. prior pars constat ex disp 1. sect ultima propositione 2ª. posteriori vero ex propositione 3ª.

Assero 2°. possibilis est intentio efficax gloriae ante meritum quae

uirtualitè sit indistincta a voluntate exequente gloriam post merita, ita quoad eam voluntate distincta sit. primam partem ostendemus dup. 1. sect. 7. assert. 3. posteriorem autem assertione 4.

74. Assero 3. possibile est intentio efficax gloriæ quæ unico actu uirtualiter indiuisibili per agat Deus negotium prædestinationis, etiam si intercederet peccatum. explico assertum. Deus præuidens præsentia conditionata, si Petrus constituatur in hac serie rerum, et incarnatus hoc auxilium cum eo operaturus hac merita et tandem perseuerantiam ad tantam gloriam; potest unico indiuisibili actu complecti totum ordinem auxiliorum et meritorum quæ reipsa perducant Petrum ad salutem æternam. hoc constat ex assert. 1. et 7. et ex dup. 1. sect. ult.

75. Assero 4. intentio efficax Dei potest præfinire gloriam ut coronam, ita gloriam secundum se præsupponendo actum certantis coronandum, etiam quando reipsa obtinenda est per merita. de priori intentione quis dubitet? nam Deus potest sua intentione statuere ut gloria non conferatur hominibus gratis sed ex præuisione meritorum et perducendi ex eguenti iustitia ut ex superioribus satis constat. hanc gloriam præfinire ut coronam, quia ex ui illius intentionis non potest alia ex equalitate mandari ergo etc.

76. De posteriori intentione maior difficultas est statuendi ijs quæ certa habemus ex fide. explico illam intentionem. assero itaque possibile decretum efficax Dei antemerita quod præfinirat gloriam secundum suam entitatem, ita ut ex illius decreti uirtute decernat Deus conferre gloriam gratis tanquam donum liberalitatis, nec conferre propter merita tanquam mercedem iustitiæ. alio autem decreto posteriori statuat conferre gloriam modo quo sibi libuerit aut gratis ut nunc confert paruulis, aut propter merita ut nunc confert adultis. quam doctrinam tuetur magna pars theologorum Salmanticensium et probabiliter iudicat P. Suarez lib. 3. de auxx. c. 19 quamuis

Vazquez tom. 1. in 3. p. d. 123 improbabiliy exhimat.

75. Eay sententhay mihi persuadeo quia substantia beatitudinis secundum se est indifferens ut conferatur homini gratis aut per merita. ergo potest Deus praefinire substantiam beatitudinis secundum se; quim eo decreto adstringatur ad conferendum gratis neg; per merita determinatione eius circumstantia alterè decreto relinquens; sicuti potest Deus decernere finem, quim eo decreto definiat determinatè haec singularia media, coronam ug quim definiat determinatè haec merita Misericordiae. Ite decernere potest substantiam incarnationis, quim determinatè definiat hanc temporis circumstantiam aut loci. quamuis realiter loquendo objecto diuini decreti non possit existere absq: modo determinato aut circumstantia determinatis temporis et loci. Ratio assertionis est, quia tota oppositio actus intellectus et voluntatis refunditur in oppositione objectorum. sed gloria secundum se componi potest cum collatione remunerationis et gratuitae ergo etiam decreto gloriae secundum se potest componi cum decreto exequenti remunerationis aut gratuito; nec enim obstat decretis gratuitis et remunerationis esse inuicem incompossibilia; nam illa sunt indifferentia secundum se ad extrema contradictoria; puta ug. ad obedientiam et eius carentiam, voluntatem ad odium et amorem etta.

75. Duo argumenta objicit Vaz quae. Primum quia adultus non potest obtinere gloriam gratis; decernit enim Deus non conferre gloriam adulto nisi merenti ergo. cum hoc decreto non potest componi decretum indifferens ad conferendum gloriam ug gratis. nam si esset in Deo tale decretum conferret Deus gloriam ug exinanitionis, etiam si nulla essent in adulto merita. Quemadmodum si Petrus decreuisset nullum praestare opus nisi meriti non posset cum eo decreto componere aliud quo praestaret Paulo opus gratis et absq: illo praemio. Consequens antecedens non potest adultus obtinere gloriam gratis spectata ut praemium decreti quod facit in substantiam

gloriæ nego. spectata in priori quod fecerit incæpta tantùm concedo. nempe quia decreto quo Deus statuit conferre prædestinatis gloriam secundum se, adjunxit de facto aliud ut tantùm conferretur meritis; quod absolutè et proximè reddit impossibile gratiosam collationem gloriæ. similiter distinguo consequens ad hoc posterius decreto non potest omittere aliud indifferens ad conferendum gloriam gratiis, ad conferendum, inquam, gratis inservire compossibile posteriori decreto concedo, indifferens ad conferendum gloriam gratis inservendi illi quo Deus adjungeret priori decreto aliud conferendi gratis opposito decreto modo existenti nego.

76. Vrgebis nunc absolutè est in potestate prædestinati impedire in Deo hoc secundum decretum meritorium quia est in eius potestate impedire meritum utpote quæ operando libera. ergo est in eius potestate habere gloriam gratis quando quidem inservire divino eius decreto et meritorium conferendæ gloriæ gratis. distinguo antecedens est in potestate prædestinati impedire in Deo hoc secundum decretum relicto decreto priori indifferenti ad conferendum gloriam gratis nego. impediendo simul prius decretum concedo. nam sicut nonexistentibus meritis impediretur in Deo decretum efficax meritorium, quia impediretur scientia conditionata aqua pendebat tale decretum, ita etiam impediretur decretum gloriæ indifferens ad conferendum illam per meritum, quia etiam ut Deus decernat gloriam sub dijunctione meritorum requiritur scientia conditionata illorum ut dicebamus n°. 62. et dicemus disp. sequenti.

77. Vrgebis ulterius potest esse in Deo decretum gloriæ secundum se absq: decreto meritorum ergo impedito decreto meritorum non impediretur decretum gloriæ secundum se. distinguo consequens si impediatur per potestatem Dei concedo, si impediatur per potestatem hominis nego. nam libertas Dei est potentia immediata et directa ad impediendum decretum, quatenus

potest nulle et nonnulle gloriæ, et post voluntas gloriæ nulle et nonnulle hunc modum consequendi illas. Caterum potestas impediendi hominis est indirecta et mediata, quatenus potest impedire scientiam condicionis meritorum aquæ æqualiter pendet ubicumq; decretum

7. 8. Secundus argumentum est quia non est medium inter conferre gloriam gratiæ et conferre gloriam inducta meritorum. ergo non potest Deus decernere conferre gloriam quin decernat determinate aut conferre gratiæ aut inducta meritorum. Nego consequentiam cuius innumera sunt instantia. non est medium inter hominem album et non album; iustum et non justum; existentem in hoc loco et tempore aut in alio; productum ab hac causa aut ab alia ergo Deus decernens hominem existere decernit necessario eo decreto existere determinate album aut non album; iustum aut non justum etc. mala consequentia omnium sententiæ. ergo illa est mala quæ fit a P. Vasquez. Ratio est quia simili existentia seu secundum se præcindit a forma positiua et eius carentia; sic decretum existentiæ præscindere potest nec tenetur Deus ulli eodem decreto substantiam seu intrinseca et accidentia separabilia ab ipsa. Sicut non inducta Deus omnia accidentia tam intrinseca quam existentia eodem indivisibili actione qua inducta substantiam seu ut diximus Disp. 1.

Sectio 8. An? et quæ intentio gloriæ ante merita sit necessaria ad predestinatos?

79. Asserto 1. necessaria est ad predestinationem aliqua intentio gloriæ ante merita siue efficax siue inefficax. probatur quia nulla temporaliter est apprehendi hominem destinari aut intentionaliter transmitti ad finem supernaturalem absq; ulla intentione supernaturalis finis. Quare vicaria ratio expli non computata inter medias prædestinationis, quia non habuit ortum existentione speciali gloriæ prædestinatorum: auxilia vero

gratiâ cenendo effectus prædestinationis, quâ absq; intentione procedunt. ergo ut homo prædestinetur ad gloriam ejus est ut sit subjectus, cui per intentionem gloriæ procuretur gloria.

80. Nunc est difficultas an intentio gloriæ sit necessaria tanquam pars constituens intrinsecè prædestinationem an tanquam quid prius præsupposita ad illam. Respondeo esse necessarias ut partes intrinsecas prædestinationis. quia sola intentione gloriæ non intelligitur homo destinatus ad gloriam dari, si intelligatur scientia et præparatio mediorum, nisi Deus conferret hominem auxilia gratiæ quæ modo confert et homo exerceret eadem merita ex alio tamen dependente a fine gloriæ ut necessario posset Deus conferre hunc quidem hominem prædestinare ad gloriam. ergo præter actus qui versantur circa media constituunt prædestinationem intentio gloriæ. Confirmatur quia decretum Verbi incarnandi non constituit hominis prædestinationem, quamvis re ipsa fuerit conducens ad eius salutem, solum quia non habuit originem ex intentione speciali gloriæ prædestinati. Constituerent autem prædestinationem hominis si ab ea intentione procederent, ut constituunt prædestinationem auxilium gratiæ. ergo ab intentione gloriæ constituuntur prædestinationes tanquam conducentia ad gloriam prædestinati partes intrinsecæ prædestinationis igitur ipsa intentio gloriæ potius erit pars intrinseca prædestinationis. huius sententiæ videtur esse S Thomas infra a 3 et 5.

81. Objicies providentia non versatur circa finem sed circa media quare prædestinatio definitur ab Augustino præparatio beneficiorum Dei quibus certissimè liberantur quicumq; liberantur. ergo prædestinatio non includit intrinsecè actus qui versantur circa finem sed circa media. Propter hoc argumentum censeo providentiam et prædestinationem in recto quidem includere solum actus qui versantur circa media. Caeterum non excludere inobliquo actus qui versantur circa finem. atq; ideo includere intentionem gloriæ.

tanquas partes prædestinationis constituentes inobliquo, quia prouidentia non est remedij ullius; sed consequentium finis. nec prædestinatio est præparatio quorumcumq; beneficiorum Dei, sed eorum qui hos homines certissime perducunt ad finem gloriæ.

87. Assero 3. non est necessaria ad prædestinationem intentio gloriæ intrinsecè efficax sed sufficit ineffax. est contra Thomistas sed iuxta Doctores nostræ Societatis etiam eos qui fatentur possibiles intentiones efficaces. Nota tamen duo Primum solum excludere necessarias intentiones gloriæ intrinsecè efficaces; necessarias, namq; esse intentiones efficaces extrinsecè quæ scilz connexæ sc̃m ordinem ad assequutionem gloriæ nullius Societatis auctor infinuat. Secundum excludere eas intentiones efficaces necessarias ad prædestinationem et nonad assequutionem gloriæ; nam ad assequutionem gloriæ nonesse necessarias etiam Thomistæ fatentur. reprobi enim necessaria habent ad assequendam gloriam, et prædestinati inutiles conditionatæ præuisi sunt assequuturi gloriam inde pendente ab ea intentione. nunc uero asserimus etiam ut homo assequatur gloriam prædestinante Deo nonesse opus ulla efficaci aliqua ad gloriam ante merita.

83. Et probatur. ad prædestinationem sufficit præordinatio et præparatio beneficiorum Dei quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Sed potest Deus præquire et præparare beneficia quibus certissime liberantur prædestinati quicumq; gloriam intendat efficaciter ante merita. ergo potest esse prædestinatio absq; intentione efficaci gloriæ ante merita. Major docetur ab Augustino et ab omnibus Theologis communiter. Minor, inquas est difficultas, constat 1°. quia nullum adducitur argumentum repugnantia ab aduersarijs ut mox uidebimus. 2°. quia ad præparationem beneficiorum Dei quibus certissime liberantur prædestinati, sufficit intentio illa conditionata quam explicuimus nº 79. quippe qua Deus decernat quibusdam hominibus gloriam

independentè à scientia conditionata obligatus largiri illis auxilia efficacia subconditione quod perseuerabit conditionata inueniat illa. 3º quia Deus potest tribuere hominj auxilia efficacia ad operandum hoc vel illud vg: ad extremum vitae nulla precedente intentione gloriæ ob honestatem vjcuius operis, aut ob bonitatem diuinam, Separabilis enim est elevatio hominis ad gratiam ab elevatione hominis ad gloriam. ergo etiam potest eadem tribuere extrema intentione inefficaci et conditionata gloriæ. 4. quia ab aequali intentione gloriæ possunt oriri inaequalia media, reprobi enim inaequaliter sunt vocati, quamuis omnibus fuerit aequalis voluntas generalis gloriæ. ergo etiam ab intentione inefficaci gloriæ reprobj communi possunt praparari alicui bus auxilia singularia quibus reipsa consequantur gloriam.

84. Demum apriori quia affectus inefficaces possunt excitare inuoluntarie affectus efficaces, vg a simplex complacentia finis intentione efficaces ipsius; affectus inefficaces caritatis actus efficaces altarius virtutis etc. igitur similiter ex intentione inefficaci et conditionata gloriæ potest Deus velle efficaciter hominibus auxilia quibus perducantur in gloriam

85. Obijcies 1. maiori benevolentia prosequitur Deus praedestinatos quam reprobos. ergo antecedentem affectum vult gloriam praedestinatis quam reprobis vg: adeo ea videtur efficaci. Respondeo 1. posse intentionem gloriæ ante merita esse benevolentiam praedestinatis quam reprobis quemadmodum intentionem efficacem ut vidimus sect. 4. Respondeo 2. non esse necessarium ad praedestinationem ut Deus prosequatur praedestinatos maiori benevolentia quam reprobos per affectum gloriæ antecedentem merita, sed per affectum consequentem merita tantum. Respondeo 3. sufficere ad praedestinationem maiorem benevolentiam praedestinatorum circa media cum aequali benevolentia circa gloriam quod non repugnare constat ex probatione nostræ sententiæ et constabit ex disp. 6.

86. Objicies X. præmissa probabiles non possunt inferre assensum evidentem. ergo nec amor inefficax electionem mediorum efficacium. Nego consequentiam; quia intellectus ut potè necessario operans non potest elicere assensum condescendentem nisi determinatus a præmissis. Præmissa autem probabiles non possunt determinare nisi ad assensum probabilem. at voluntas liberè operans potest eligere media ab determinata. adgi: ideo quamvis intentio inefficax non determinet sed tantum alliciat, potest nihilominus voluntas accepta determinare electionem mediorum efficacium impellentem ad illam intentionem inefficacis finis. Deinde potest intentio conditionata finis pendentis ab arbitrio creato inferre electionem saltem inefficacem et conditionatam mediorum pendentium ab eodem arbitrio; ergo meritorum. Ad prædestinationem autem sufficit hæc electio conditionata et inefficax, siquidem per scientiam conditionatam præmissus est homo ea sola electione perseverantiæ in gloriam. ergo etc.

87. Objicies 3. electio sequitur intentionem. ergo electio mediorum efficacium intentionem efficacem. Roboratur hæc. electio fertur in media ut talia ad finem. ergo electio mediorum efficacium ad finem gloriæ fertur in media ut efficacia ad gloriam. sed non potest ferri in media ut efficacia ad gloriam quæ efficaciæ appetat ipsam gloriam ut probavimus nº. 176. et de prima an°. 446. ergo adgi: amor efficax gloriæ non potest esse prædestinatio ad gloriam. Distinguo duplicem electionem mediorum, aliam formalem quæ appetit media ut talia et efficacia ad finem, aliam materialem quæ appetit media ut honesta in se independenter a relatione intrinseca ad finem, et relata ad finem solum extrinsecè ab intentione finis impellente ad electionem materialem mediorum. unde quæ dixi disp. 1. an°. 17 C. et 46 b. ergo sola electio formalis mediorum efficacium nonnullos electio materialis sequitur sua ipsa natura intentionem efficacem finis. Cæterum ad prædestinationem sufficere quamvis electionem sive materialem sive formalem mediorum quæ hoc respectu prædestinati perducantur ad gloriam ut constat ex definitione

prædestinationis explicata disp. 1. sect. 2. non est igitur necessaria ad prædestinationem intentio efficax gloriæ.

88. Objicies 4. imprudenter eligunter media efficacia ad finem alicuius; intentione efficaci finis. ergo Deus prudentissimè prædestinans non potest eligere media ad salutem alicuius; intentione efficaci salutis. Distinguo antecedens. finis qui naturalis contentus necessario in medijs, ut lux in sole et pluuia in nube, transeat. finis et moralis pendens ab arbitrio alterius ut salus electionis amentis prædestinati nego. hunc enim Deus eligens efficaciter aliquos homines ad gloriam, potest non eligere efficaciter alios, quamuis eis tribuat auxilia quibus præuidit salutem adepturos. Velut efficaciter electos sibi gratiosos reddat in ordine salutis, quod maiori benevolentia eos sit prosequutus; Velut præfinitio Dei indifferens omnino sit proportionata indifferentiæ arbitrij creati. Vel obaliosq; fines nobis ignotos et Deo manifestos, quos viderimus; operibus Dei inuenimus.

Disp. 5.

Quâ intentione præfinierit Deus prædestinatis gloriam ante merita?

1. Ex disputatis præcedenti facile quis colligit quo pacto Deus decreuerit de facto prædestinatos ad gloriam. nam illam sua libertate prædestinauit et immutata lege prædestinandi ad conferenda gloria ut coronam meritorum secundum omnibus catholicis ac theologicis principijs, potuit Deus eligere efficaciter homines ad gloriam ante merita; quis concedat ita de facto prædestinatos eligisse? Commendatur enim à sacris scriptoribus et Patribus eximius amor Dei gratuitus et efficax erga prædestinatos, credendum ergo est, eum omnes omnia

prædestinatorum merita præcesserit, summum q. ipsis bonum, gloriam scilicet beatificantem efficacitèr decreuisse. Accedit, plurima et testimonia apud sacros scriptores ac Patres ecclesiæ præsertim Augustinum et Prosperum, quæ sinon persuadent omnino vtrumlibet, suadent saltem hanc doctrinam antecedentem et efficacem Dei. ergo cum hæc electio (vtcumque nos) nullo excepto reperiatur in præfandis sunt testimonia in fauorem illius. Testimonia vero videri possunt apud Patres Suarez Arriaga, Gran. ac reliquos doctores relatos pro hac sententia disp. præc. n. 4. nec vobis ea præmitto quod testimonia sacræ scripturæ et Patrum ab scholastico magistro indigna putem. Sunt enim prima nostræ theologiæ argumenta ab principia. Sed quia ama gistro theologo indignum puto alienum scripta transcribere quam discipulos ad illa referre vnius potissimum rerum quæ magistri explicationem desiderant.

2. At obijciunt aduersarij alia testimonia sacrorum scriptorum et Patrum præsertim Augustini quæ inuenant gloriam definitam prædestinatis post præuisa merita, sicut penam reprobis post præuisa demerita. Sed omnia explicationem habent, aut indecreto exequendi gloriam, quod sequitur præuisionem meritorum vtrumdem est apud P. P. Suarez et Arriaga ubi s., aut indecreto Dei talem intendendi gloriam, vt voluerit eam alicui in tempore conferre, quam post merita præuisa. Sicuti non infligitur pena nisi post demerita præuisa; sicut decretum exequendi gloriam ita idem sine decreto ab intendendi vtrumdem est apud P. Grana.

3. Rogabit autem quis an hæc intentio efficax gloriæ sicuti eadem cum voluntate exigendi media et exequendi finem, an distincta? an prædefinitio gloriæ secundum se an vt coronans? Respondeo rem istam esse incertam, hoc enim non potest colligi nisi ab effectibus externis aut reuelatione Dei. effectus autem externi et testimonia Dei non tollunt hanc intentionem gloriæ

esse potius, quam alias. Nec credendum est sacros Scriptores aut ecclesiæ Patres vanis scholasticorum argutiis mentes fixisse.

§ 1. Observandum tamen hanc intentionem efficacem gloriæ esse eam quam D. Thomas a. 4 docet esse dilectionem et electionem prædestinationis ad gloriam, et ut dilectionem prior est quam ut electionem. dicit enim quidem hanc intentionem a D. Thomas dilectionem, quia diligere est velle bonum alicui; per eam autem intentionem nullum Deus prædestinat ad maximum bonum. dicit electionem, non quod sit amor medium, sed quod sit specialis amor finis, propter eminentiam hominis massæ præsertim prædestinati reprobis. dicit denique ut dilectionem esse priorem quam ut electionem quia hæc intentionem efficacem gloriæ. habet dilectionis habet se tanquam habitum respectus, habitus vero electionis tanquam differentia. Superiora autem secundum Aristotelem sunt priora ut explicatius dispu. 1. sect. 5.

Disp. 6.ª

Quænam præfinitio meritorum concurrat & necessaria sit ad prædestinationem?

Post explicatam intentionem gloriæ proximum est ut præfinitionem meritorum, quæ sunt media necessaria ad gloriam indisputationem addecang.

Sectio 1.ª An Deus præfiniat efficaciter actus bonos et meritorios?

Sicuti in gloriæ intentionem efficaci, sic in prædestinationem efficaci meritorum dei certa sunt theologorum indicia. præfinitionem efficacem intelligo quæ absolute decernit effectum ea connexione qua caussa effectum

non

Xposit componi cujdlā ~

Referuntur uariæ sententiæ

1. Prima sententia docet Deum præfinire efficaciter omnes actus meritorios, quem eos præuouerit fidelibus sub conditione auxiliorum in differentibus. Ita omnes fere Thomistæ cum Caietano 1.p. q. 22. art. 4. item Scotistæ cum Scoto, Bassol. Mayron. et Ricardo apud P. Suarez d. 22. met. sect. 4. n. 11. quamuis nonde sint ex Scotistis plures recentiores qui Scotum intelligant de prædefinitione consequenti scientiæ conditionatæ. ita Philippus Fabri in 1. disp. 54. art. 47. et alij. Dicendum uero Scotistas á Thomistis quod Thomistæ ponunt auxilia gratiæ intrinsecè efficacia perque mandandum et exequutioni actus præfinitus, esse ex phisicè prædeterminantia. Scotistæ uero omninò indifferentia intrinsecè quamuis determinata extrinsecè auoluntate efficaci Dei immediatè exequentè actus.

2. Secunda sententia docet Deum prædefinire efficaciter actus meritorios prius quam conferat auxilia indifferentia gratiæ, et postquam præuorit quid eis positis operaturus sit uoluntas creata. ita P. Suarez lib. 1. opusc. c. 16. lib. 2. c. 2. lib. 3. c. 17. lib. 1. de prædestinat. c. 13. et alijs in locis. Arrubal 1.p. tota disp. 66. Aegidius Conink 1. 2. d. 2. dubio 5. Granada. de prad. trac. 11. disp. 2. et quot quot ad mittunt electionem efficacem ad gloriam ante merita dependentem a scientia conditionata, quorum memini mus disp. 4. n°. 4.

3. Tertia sententia docet Deum præfinire efficaciter merita humana postquam largitus hominis auxilia indifferentia gratiæ, et præuorit quid eis existentibus euentum sit, sed prius quam in actu secundo absoluto cooperetur uoluntas

creatos. ita P. Vazquez 1.p.d.99. c.7. et 8. ubi manifeste docet praefinitionem quia Deus coadjuvat actionem nostram vultatis esse infallibilem efficacem et incompossibilem cum carentia operis praefiniti. asserit praesupponere naturam suam praevisionem operis futuri sub conditione vocationis. utquid autem illam praesupponeret si praedefinitio Dei esset ineffacax et natura sua compossibilis cum carentia operis. Item quia ibi tales est Vazquez indemonstrando praefinitionem Dei componi cum libertate creata, etiam si carentia operationis non posset componi cum praedefinitione Dei. id est explicat Vazquez, quia praedefinitio Dei non est antecedens sed concomitans operationem creaturae. Si autem praefinitio esset ineffacax non derogaret libertati quamvis esset antecedens. Dicendum ergo est P. Vazq. ponere praefinitionem Dei infallibilem efficacem; hanc tamen non esse concomitantem, non quia non antecedat operationem absolutam cuius causa est sed quia involvit eandem conditionatam cuius praevisionem essentialiter supponit et cum ea decernit concomitanter actionem temporalem creaturae concurrendo ad actum simul cum illa. Duae sententiae sunt Cordubae, Recentiores, et Oviedo. relati a P. Suarez. prolog. 2. degra c 8. n° 15.

§. Quarta sententia docet Deum nullatenus praefinire efficaciter actus liberos creatos nec prius quam conferat auxilia gratiae praevisa: eventum enim non potest: sed omnem praefinitionem Dei esse ineffacem et indifferentem. ita P. Lemos de aux. c. 4 et tota disp. secundae ad gloriam, Henrice d. 23. c.9. Salas in manu scripsit degra disp. 14. et plures recentiores.

Reiiciuntur sententiae minus verae.

§. Reicio 1° Scotistas et Thomistas non praefinitionem Dei independentem ascientiam conditionatam conentem creatam repugnat libertati recen.

necessaria ad meritum. exequetur enim concursus per principia immediata determinata voluntate creata, aut intrinsece ut volunt Thomista, aut extrinsece ut volunt Scotistae, adeoq; frustraretur effectus praefinitio absoluta Dei, principia autem immediata operationis determinata voluntate creata destruunt eius libertatem. ergo etta. Maior concedit. abadesse. minor probatur eisdem argumentis, quibus probatur assumptum praedeterminata tam extrinseca quam intrinseca exercere libertatem, quae non sunt huius loci.

6. Rejicio 2. P. Vasquez quia etiam eius sententia derogat libertati voluntatis. nam voluntas efficax Dei exequens immediate actum voluntatis derogat eius libertati. praefinitio autem explicata a P. Vasquez est voluntas efficax Dei exequens immediate actum nostrae voluntatis. ergo derogat eius libertati. consequentia est bona. minor constat ex n. 3. maior probatur, quia ubi omnia principia immediate influentia in actum voluntatis non sunt indifferentia, potestas voluntatis immediate influens non est indifferens ad libere, sufficit enim unicum principium determinans ad tollendam indifferentiam voluntatis et tollendum adsequandum reliqua principia immediata et indifferentia. Vbi autem voluntas efficax Dei est principium immediate exequens actum, non sunt indifferentia omnia principia immediate influentia in actum. nam ipsa voluntas efficax Dei non est principium indifferens sed determinatum et connexum cum actu. igitur voluntas efficax Dei immediate exequens actum derogat indifferentiae nostrae voluntatis.

7. Dices 1° voluntatem efficacem et exequentem Dei explicatam a P. Vasquez non esse antecedentem sed connitentem operationi creaturae. ergo Deus non praefinit nec operaturus actioni nostrae voluntatis, nisi praevideret nostram voluntatem operaturam. Sed contra 1°. quia esto ea praefinitio connitatur operationi conditionatae, tamen non connitatur sed antecedit operationem absolutam, est enim causa operativa

: absoluta, siquidem præfinitio interna Dei nonest operatio creaturæ sed eius principium, causa autem antecedit naturam suum effectum. ergo præfinitio Dei antecedit naturam operationem absolutam creaturæ.

Contra 2. quia ea præfinitio Dei connectitur cum nostra operatione independenter a scientia conditionata. nam in obiecto scientiæ conditionatæ præuidetur præfinitio Dei exequens actum nostræ uoluntatis independenter a tipsa scientia. præuidetur enim uoluntas creata operans posita uocatione; at non præuidetur operans absq; concursu Dei. ergo præuidetur exhibitus concursus Dei præfinitæ uoluntati diuinæ. at ut sententia P. Vazquez ut Deus exhibeat suum concursum creaturæ non sufficit uoluntas conditionata, alias frustra tenerentur ad præfinitionem absolutam connitentes. ergo in obiecto conditionato præuidetur præfinitio Dei exhibens creaturæ concursum omnipotentia independenti a scientia conditionata.

8. Dices 2.° eas præfinitiones esse connitentes, quia connectitur essentialiter peractioni externæ Dei quæ connitentur operationi creaturæ. Sed contra nam licet P. Vazquez dicerent propter cum. decreto libero Dei nouæ mutationi in creatura tamen ea mutatio in nullo sententia nonest essentialiter connexa decreto Dei ut est sententia alterius. Sicut enim est connexa decreto, eas; propter connexionem præfinitionis diuinæ cum nostra operatione nonesset alia quæ connexio operationis externæ Dei cum nostra operatione, frustra dicerent P. Vazquez scientias conditionatas ad definiendum absolutæ nostras operationes, siquidem cognitio externa Dei independenter a scientia conditionata habet connexionem cum illa. præterea quia ait Vazquez d. n.° 46. tex tatur expresse se tueri concordiam libertatis cum præfinitione Dei, alias si præfinitio libera Dei dicatur esse actus electivus uoluntatis, habitus q. essentialis diuinæ. ergo præfinitio Dei nonest connexa in sententia P. Vazquez quia connexio essentialis peractioni externæ Dei.

Hinc

9.

notatur inconsequentia Patris Vazq. nay disp. 99. probat Latè contra P. Suarez praefinitiones efficaces Dei antecedentes auxilia gratiæ adnexam libertati creatæ, ehàj si subsequantur praevisionàj conditionatæ, quamvis ejus positio non potest nostra voluntas operationi cohibere. hoc autem argumentum vis habet eamdem contra praedefinitiones efficaces subsequentes auxilia gratiæ quas admittit disp. 99. . Libertas enim operationis creatæ non tollitur praefinitione Dei quod antecedat auxilia gratiæ, sed quod antecedat operationem nostræ voluntatis: operationem autem nostræ voluntatis magis antecedit praefinitio executiva admissa a P. Suarez ut ostendimus n. 4. ergo etc.

10. Reflexio 3. sententiæ P. Lessij, Monæi, et aliorum; quia non repugnat praefinitio efficax Dei intendens actus meritorios subsequentes praevisionàj conditionatæ et antecedens auxilia efficacia gratiæ. ergo possibilis est aliqua praefinitio efficax Dei circa merita nostra. consequentia est bona. antecedens probatione nostræ sententiæ constabit.

Est igitur verior sententia

11. Verior nihilhac probabilior est sententia quæ docet primum Deum praescientem omnes eventus vocationum indifferentium, ponere praefinitionem efficacem actus meritorios, ineuntis finis exhibentes vocationes et concurrentes omnipotentiâ, quibus praevidit nostras voluntates operaturas liberè eos actus, praefinitione efficaci non influente immediatè in actus meritorios, sed tantùm applicante ea principia immediata quibus solis praenovit nostra merita infallibiliter futura. Secundum non dum ponit, verum ehàj de facto praefinit Deus actus meritorios praedestinatorum. Ita auctores relati n. 7. pro 1ª 2ª.

12. Ac primum quidem ponit praefinitum Deum

efficaciâ adhuc meritorios probandus est ex concordia nostræ libertatis cum præfinitione Dei antehac explicatæ. Concordia autem probatur, quia ubi omnia principia immediata operationis relinquuntur indifferentia ac compossibilia cum eius carentia, relinquitur potestas voluntatis omninò indifferens et libera. Sed cum præfinitione efficaci Dei antehac explicata relinquuntur omnia principia immediata operationis indifferentia et compossibilia cum eius carentia. ergo relinquitur potestas voluntatis omninò indifferens ac libera. vide hoc argumentum disp. 4. an° 30. fol. 110.

13. Hinc colligitur ratio quare nostra prædefinitio potius consonet libertati, quam physica prædeterminatio et prædefinitio rei efficacis Dei supra dictæ; nimirum quia physica prædeterminatio et prædefinitio supra dictæ exhibent influxum in mediatum inopus prædefinitum ab aliquo genere causæ sive efficientis sive formalis. nostra vero prædefinitio nullum exhibet influxum in mediatum inopus; id est non connectitur cum opere præfinito ullum influxum quem præstet ad illud, ut physica prædeterminatio et præfinitio res dictas, sed excludit solas suppositiones scientiæ conditionatæ, quæ merè extrinsecè comparatæ ad opus.

14. Secunda autem pars nostræ sententiæ videlicet Deum præfinire de facto meritas prædestinatorum constat 1°. ex amore Dei erga prædestinatos, quem prædicant sacri scriptores ac Patres ecclesiæ. 2. ex testimonijs quæ adducunt Suarez et Arrubal. ubi 3°. quarum vitam plurimum suadent, si omnino non convincunt. debent igitur ijsdem confirmationem intrepretari, cum præfinitio efficax meritorum nullum adducat inconvenience.

Diluuntur argumenta contra nostram sententiam.

15. Argument. 1°. Thomistæ et Scotistæ probando necessarium esse aliquod

principium immediatum operationis quo Deus determinet voluntatem creatam ad operandum, ideo g. praefinitionem Dei non posse relinquere indifferentia principia immediata operationis. Quae tamen argumenta satis faciendum est doctrinae, quae satisfit argumentis, quibus ipsi contendunt adversus auxilia efficacia gratiae non praedeterminantia, quae intrac. de auxiliis Latae ponas.

16. Arguit 4. P. Vasquez quia decreta liberta Dei habent eundem ordinem posteriorem et priorem quem habent objecta. ergo cum auxilia gratiae sint priora quam operatio meritoria, non potest praefinitio efficax operationis meritoriae antecedere decretum faciendi auxilium gratiae. Verum antecedens esse falsum ostendimus disp. 1. sect. 3. ostendit g. manifeste intentio liberam inefficacem meritorum, quae in sententia P. Vasquez antecedit auxilia gratiae ut videre est s.a n.o 49. et intentio efficax finis naturalis, quae iuxta sententiam potest antecedere media naturalia antecedentia finem ut videre est p. 19. a. 5. n.o 24.

17. Arguunt 3. efficacius recentiores cum P. Lessio. quia praedefinitio absoluta Dei adversatur nostrae libertati ergo adversatur meritis. probatur antecedens, nonest in nostra potestate impedire praedefinitionem absolutam Dei, ea autem posita non est in nostra potestate operationem. Omissis aliorum solutionibus respondendum ex disp. 4. sect. 6. videlicet impotentiam cohibendi operationem positam praedefinitione Dei nonesse antecedentem simpliciter operationem absolutam, ut requisitum ad impediendum libertatem absolutam, quia praedefinitio Dei relinquit indifferentia omnia principia proxima nostrae operationis, quae sola constituunt potestatem simplicem ad operandum, eam g. indifferentem ad liberam ut vidimus disp. 4. sect. 6. unde in nostra potestate absolute et simpliciter relinquitur impedire praedefinitionem Dei, non quidem ponendo aut impediendo illam; sed negative ac + indirecte impediendo aliquid necessarium ad illam. non in nostra potestate

absoluta reliquitæ coniungere carentiæ operationis cum omnibus cum principijs prosæmij voluntatis ut potè indifferentibus. coniungendo autem carentiæ operationis cum compluribus principijs prosæmij voluntatis impeditæ scientiæ conditionatæ operationis futuræ sub conditione: impediendo autem scientiæ conditionatæ impeditæ prædefinitio efficax Dei, quæ essentialiter pendet abea scientia conditionata. atq: ideo deprimo ad ultimum voluntatis simplicitè potens impedire operationem absolutam relinquitè simplicitè potens impedire prædefinitionem Dei. Vnde prædefinitio Dei pronculq; non erit simplicitè antecedens, sed eatenus consequens simplicitè operationem absolutam nostræ voluntatis. videantur dicta tota sectè 6 disp. q. 18.

Sed urgebis quamuis non sit operatio absoluta exitè in Deo scientia conditionata. ergo non pendet scientia conditionata aboperatione absoluta. distinguo consequens non pendet aboperatione absoluta ante conditionem positam concedo, post conditionem positam nego. nam à post conditionem absolutè positam non erit operatio absoluta, neg: erit in Deo scientia infallibilis operationis sub conditione absolutè posita. post conditionem autem absolutè positam potest non esse operatio absoluta, cùm exitat in Deo præfinitio efficax illius, quia non exibit præfinitio simplicitè antecedens sed consequens ut diximus.

19. Vrgebis iterum operatio absoluta est pendens à præfinitione efficaci, quia est pendens auocationibus præfinitione callis. ergo præfinitio non est pendens aboperatione absoluta alias esset mutua dependentia aprioni inter præfinitionem Dei et operationem absolutam nostræ voluntatis. distinguo antecedens est pendens immediatè ac simplicitè apræfinitione nego, mediatè et secundum quid concedo. quia dependentia mediata et mutua inter præfinitionem Dei et nostras operationes absolutas non est simplicitè aprioni, quia nec operatio pendet apræfinitione tanquam à causa simplicitè ut diximus d. 4. n. 35., nec præfinitio aboperatione absoluta tanquam acondition priore, sed potius

posteriori, quia impedita operatione, impediretur indirecte ipsa prefinitio Dei ut dicebamus §.

Concludo solutione argumenti proposiți á secundoribus inistando illud in sententia communi. et quidem aduersus P. Herice inistatur in prefinitione efficaci Meritorum supponente pecue scientiæ conditionatæ quas, ipse docet aduersus Lessium et Molinam et alios admittentes scientiæ conditionatæ, diuigere uoluntatem conferendi praedestinatis auxilia congrua, instatur in aggregato ex scientia conditionata et uoluntate auxilium aduersus secundos negantes directionem scientiæ conditionatæ, instatur in aggregato ex scientia conditionata creata et electione mediorum quæ omnia explicauimus fuse disp. 3. art. 9. et disp. 4. n. 51. ibidem: aduersus plura quæ aduersus doctrinas superiores urgebant intentionem efficacem gloriæ ante merita, urgere q: nunc poterant prefinitionem efficacem meritorum. quibus modo adjungemus aduersus eamdem doctrinam alia argumenta, quæ potuimus uis habent in prefinitione efficaci meritorum.

Vrgetur concordia libertatis cum prefinitione Dei aduersus nram doctrinam

§. Vrgetur 1°. si imponatur Xpto præceptum impediturum libertatem ad opus oppositum, quamuis præceptum supponat scientiam mediam et nonnisi priori pius immediatum operis præcepti. ergo etiam impedita prefinitione efficaci quamuis nonnisi priori pius immediatum operis prefinitum. P. Suarez tomo 1. in 3. p. disp. 37. s. 3. negat antecedens componi enim libertatem Xpti Domini cum præcepto, eodem modo quo componit cum prefinitione efficaci. Cæterum melius respondetur prefinitionem nullum importare priori pius immediatum operationis nec ullam connexionem cum illa. præceptum autem importare intimationem et

et nobis obligationis intrinseca intellectui Xpti Domini unione diate q: mouentes eius uoluntatem ad opus precepti, simulq: cum his portari diuina connexum cum illo. Hoc sufficiat donec potestatem Xpti ad actus preceptos suo loco explicemus.

Zz Vrgetur 1.° maiorem efficacitatem habet in actu caritatis uoluntas Dei predefiniens immediate actum caritatis, quam uoluntas solum prefiniens auxilia ad illum ergo uoluntas predefiniens actum caritatis prout influxum in auxilia, habet immediatum influxum in actum nam influxum immediatum in auxilia alias habet uoluntas et illa auxilium. Respondeo efficacitas sumitur dupliciter 1.° pro intrinseca causalitate effectus, ut efficacitas gratiae. 2. pro connexione causae cum effectu. ut efficacitas auxilium. primo quidem modo non est maior efficacitas uoluntatis prefinientis actum quam prefinientis auxilia. Secundo modo maior est gratia prefinitio actus non potest coniungi cum carentia actus; prefinitio uero auxiliorum coniungi potest ut ponunt ipsa auxilia. Sed aduerto non prefiniri auxilia ut efficacia sed secundum entitatem dumtaxat, nam si prefiniatur ut efficacia tanta erit efficacitas et connexio predefinitionis auxiliorum, quanta prefinitionis actus, q. efficacitas auxiliorum sumitur a actu, prefinito q; essentialiter supponit praescientiam conditionatam, sicut predefinitio actus.

Zz 3. Vrgebur 3.

Scientia conditionata praedicatur a prefinitionibus necessaria ad conciliandam libertatem cum prefinitione absoluta Dei: at prefinitio absoluta Dei non habet influxum immediatum in opus prefinitum non erit necessaria scientia conditionata ad ista conciliationem, q. ubi omnia principia immediata manent indifferentia manet in differens ac libera potestas voluntatis sit ne ut non sit in Deo scientia conditionata. ergo prefinitio absoluta Dei influit in media te in opus prefinitum. Respondeo. scientia conditionata merito

prædicatæ necessariæ ad eliandas libertates cum præfinitione absoluta Dei, ea quidem quæ sit efficax et connexa cum operatione qualis est de qua dixerunt præfinitores, nonnullæ ad eliandas libertates cum præfinitæ Dei quæ sit inefficax et periculo frustrandi operationes qualis est illa cui non præluxerunt scientiæ conditionatæ. nay in nostra voluntate neque esse libertas, quin omnia eius comprincipia immediata sint indifferentia, cui primi pijs autem omnino indifferentibus non potest Deus præfinire absolute et efficaciter operationes diuinæ præuidat infallibiliter futuras rebelles. Opus igitur est ut præfinitio absoluta Dei vacuet prædictas præmissas, ad hoc ut ex una parte efficax sit, et ex alia corona libertati. Inuenta autem quod Deus præfiniret absolute nostras operationes per principia sola indifferentia absq; præmissa conditionata, saluaretur enim nostra libertas, nexus præfinitio absoluta nonesset intrinsece efficax, sed ex sola genitura frustrandi operationes, cui non haberet unde infallibiliter connecteretur cui illa.

Vide s. auxi

Z4. Hæ gratiæ sunt principia immediata actus præfiniti. sed præfiniente Deo efficaciter actus sunt determinati ad operandum ergo præfiniente Deo efficaciter actus, principia immediata vltima determinata et non indifferentia. probatur minor, potest Deus determinare et cogere ad operandum nostras voluntates, et alias principia ex se indifferentia sola efficacia sua voluntatis nihil imprimens eis intrinsecus. hoc autem non efficeret Deus aliter quam decernendo efficaciter ut ea principia operarentur actus, quemadmodum decernit præabsolutas præfinitiones, et quemadmodum nunc sola sua voluntate facit aquam operari gratias, quamuis non sit ex se determinata ad operandum illas. ergo Deus prædefiniens efficaciter actus per auxilia gratiæ cogit et determinat nostras voluntates et auxilia ad operandum. Respondeo præfiniente Deo efficaciter actus auxilia gratiæ sunt determinata ad operandum determinatione consequenti et extrinseca, non autem determinatione antecedenti et intrinseca ut opus erat ad ostendendum.

